



~~00~~ ~~00~~
~~00~~ ~~00~~
C. e. 143
00 Ne

II 20.19
2 N. 19

Das waren wir sind
Benedictum ist ablaet

CCCLV. 1a

QVInq Vennallis seDIt lo atq Ve re-
beLLis

V B I O R V M statVs &c.

absq Ve oMnI passione proVt Verè extIt poe-
tice DeLineatVs.

VrbI Vblæ agrIpplnæ & orbi VnlVerso ad CaV-
teLam repræsentatVs.

aVthore

Fran. XaVerIo TrIps

saCeLLano aVLICo CoLonIensi bIbLIothe-
Carlo atq Ve pastore septiMontano In
honneff.

Plato de Rep. item in Alcibiade:

Civitas bene instituta est similis fabricæ corporis huma-
ni, ac tamdiu felix, quamdiu amicitia est inter ci-
ties, odia verò & seditiones obsunt.

CicerO Ep. 10.

Nulla potest spes esse in ea Republica (Colonensi) in
qua hominis impudentissimi , atque intemperatissimi
(NICOLAI GULICH) armis oppressa sunt o-
minia, in qua nec Senatus vim habet ullam ,
nec leges ullæ sunt.

L I P S I A,

Apud PETRUM MARTEAU, Anno 1704.



957

Præmonitio Authoris ad benevolum Lector-
rem.

UT ne in ipso primæ lectionis vestibulo offendas , paucis amice Lector præmonitum te velim ; quem carmini meo præfixum vides Titulum (Quinquennalis Seditio) scias designare annum 1686. reliqua verò omnia , tam primæ , quam secundæ Partis Chronographica repræsentant annum proximè elapsum 1685. non quod luctuosa hæc Agrippinensium rebellio anni unius termino constringatur ; (cùm tumultus ille sexennium prope devoraverit) sed quia non solum hoc anno quinto & octagesimo virorum gravium instantiis compulsus Parti primæ plurimis in locis castigatæ , & in ordinem meliorem redactæ , secundam quoque partem rerum turbulentarum feracissimam adjeci : verum etiam quia annus fæculi decimi sexti & octagesimus quintus à cœlo bis Turca , à Nevarino expugnato : diversis Venetorum victoriis , & Britanno Anglica per spurium Regis Montmudum excitata , & felici omne extincta rebellione , à Palatinatu inferiore una cum Electoratu per Electoris Palatini absque hæredibus defuncti mortem ad Serenissimum Julię , Cliviæ Montium Ducem Neoburgi Principem Philippum Wilhelmum devoluto , aliisque memorandis celeberrimus periculosisssimæ

Ad Lectorem.

quoque Agrippinatum Seditioñ finem impo-
suit. Quod si in critico hoc opere non omnium
genio aut ingenio satisfeci quid mirum?

*Quis eoq[ue]nus optatam stomachis parat omnibus
escam?*

Simonus parente somno & nocte genitus
in ipsa cœlorum penetralia irreperere ausus Deo-
rum actiones otiosè scrutari , easque liberius
arguere non est veritus ? si suum passus masty-
gem Virgilius :

*Quid queror immitis si me censura flagellet
Cum censuratus vapulet ipse Maro.
Stultus & ignorans quævis licet optima carpunt,
Quævitasse nequis , dissimulasse decet.*

Nec viatorem coaxantis ranꝝ stridoribus ter-
ri : nec Poetam futilebus quævis obvia alta-
trantium ineptiis moveri convenit. Vix ulla-
tam serena exoritur dies , cui se nubes non im-
miscent : ut solem umbra , caligo noctem , vir-
tutem invidia , gloriam contumelia : sic musas
musarumque partus inevitabilis contradicen-
tium sequitur copia.

Tragicam Colonensium rebellionem inter
quamplurimos unicus describere ausus , non
ignoro , in quem convitiorum labyrinthum
me

Ad Lectorem.

me conjecterim, cum nemo omnium sit, qui scabiem suam sibi monstrari, multo minus defricari velit; sed adjicienda manus fuit operi quantumvis periculoso. Stomachizent, ringantur, frendeant, omnes in nares bilem evocent, Carminis authorem tartaro devoveant, scommata mille vomant, scindantur & ilia rumpant, perme licet, omnia fiant

*Quæ scripsi, nullo corruptus munere scripsi,
In sedis calamum passio nulla meum.*

Quod si (ut humanum est) ex informatio-
nis exactæ defectu in circumstantiis quibus-
dam hinc inde ertasse judicabor, non scriptio-
nis meæ sed rumoris publici & famæ commu-
nis (quæ per urbem & patriam passim volabat)
est vitium, & quis vel Poeta vel Historiogra-
phus rerum earum, quas vel scripsit vel cecinit,
verum semper & genuinum protocollum in-
spexit? sufficit mihi, quod nec odiis inflamma-
tus, nec partium studio præceptus nec invidiæ
cestro percitus, nec falsitatibus præoccupatus,
rebellionem, quâ aut luctuosior, aut nequior
ab urbe condita nulla fuit, nativis suis colori-
bus adumbrare sim conatus; neque diffiteora-
culeos quandoque misceri, & seposito persona-
rum respectu, leutros seu rutulus fuerit in sce-

Ad Lectorem.

nam produci ! cum nulla tanta hucusque fuerit
prudentia quæ non aliquando erraverit,

Iliacos inter muros peccatur & extra

Ego nec perduelles criminis , nec perduel-
lium æmulos commissi frequentis abusus ab-
solvo, ita rebelles , eorumque sive coriphæos,
sive fautores , perstringo, ut Magistratus exau-
thorati facta minus probanda non præteream;
maloreprehensionis, quam adulatio[n]is notam
incurrere quod si in fama læsum se quis existi-
met, si innocentia[re] suæ fidel[er] ? Poetam erroris
ad moneat , emendare, expungere, eradicare
omnia paratum , quæcunque Christianæ legi
noverit adversari. Si vero Philautiæ vicio se-
ductus bonus audire quam esse malit catonem
mentitus , qui Catilinam se esse novit, indig-
nari desinat , quod amoto malitiæ sifario veri-
tati patrocinatus Hypocritam detexerim , uni-
cus autem carminis mei scopus fuit, immanem
illam & prope inauditam tam exuti nebulo-
nio tyrannidem (quam nulla innocentia[re] &
juris habita ratione in consularis patritiæ &
senatoriæ dignitatis viros culpæ nullius con-
scios vindictæ unius adactus stimulis per quin-
quennium exercuit) venturæ post nos ætati
transmittere. Stylo usus sum, non quem ars,
sed

Ad Lectorem

sed quem natura indidit. Fluxum amo, quem
nec elisio durior absorbeat, nec distorta vitio-
rum aut pedum cacophonia retardet. Elegia
ni terfa, ni facilis, ni fluida sit, ni Ovidianæ quid
præ se ferat elegantiæ? Confestim desipit, &
sua ipsius lectione amares cit.

Quod natura negat, nemo feliciter audet.

Poëta nasci, non formari debet, & quam-
vis ars naturam poliat, hac tamen non admi-
niculante ceu corpus spiritu destitutum exani-
mis jacebit. Nolo mi lector pluribus te mora-
ri, hoc unum pro coronide à te peto, ut mu-
sam hanc meam prope extemporaneam, inter
prandiorū fercula, noctium insomnia, deam-
bulationum insteritia ultro se mihi ingeren-
tem, & vel invito obstrusam, si forsitan videre
contigerit, non ante ad crisios & judicii tui tri-
bunal ream facias, quam seposito omni affe-
ctuum & partium studio eam legendo recoge-
ris; quod si tum, quæ displicuisse jure possint,
inveneris, cum in re propriâ quisque excutiat,
memorando laudem mereberis; si verò rem
acutetigisse, nec à vero aberrasse videbor, non
Carminis authori, sed authoris creatori adscri-
bendi memento,

Vale

Ad Lectorem.

VaLe atqVe sI VIIs VIVere seDIloso ne te Mi-
Ceas. *

IVstVs & aCer seDIlOnIs VInDeX est gLaDIVs.*
qVoD bInI rebeLLIVM antesIgnani sVnt LVgen-
tes eXperiI. *

qVorVM CapIta InflIxIa paLIa Dant p̄cas sVI
fVrorIs *

ô VblaCe qVisqVIIs es ab eXeMpLo Isto fIas prV-
Dentlor. *

seDI-

2

seDItonIs In Vrbe agrIppInensi aV-
thore gVLICHlo eXortæ
pars priMa.



Orruga faciem , dentes preme , rade capillos
Deplora miserum mœsta elegeia statum ,
Indue pullatam / sic mandant tempora) vestem
Innatet heu lachrymis uida camœna suis.

Heu ! redeat græco novus heraclitus ab orbe ,
Qui fleat ingentis (quod gemo) syrma mali ,
Huic describendo calamus neque sufficit unus .
Nec ploras se satis nœnia juncta potest .
Heu mihi ! quale malum ? quo quid funestius unquam
Aut fuit aut post nos tristius esse potest .
Quale malum ? quod bella fovet , quod suscitat iras ,
Cudit & in proprium quod sua tela caput .
Quale malum ? populus frendens , urbs plena furoris ,
Quale malum ? famulus prædominatur Hero ,
Impia ferales armata rebellio tædas
In nova succrescunt funera , quale malum ?
Sub pedibus calcata jacens reverentia legum ,
Insultans capiti plebs mala , quale malum ?
Cum desperato per aperta pericula sensu
Proruitur , spreto Cæsare , quale malum ?
Esse scias immane malum , quod postera plangent
Sæcula , quod serus flebit in urbe nepos ,
Heu ! levis , atque tuos oblita , Colonia casus ,
Quam te perficitè quam perulanter habes !
Dic : ubi Romani facies antiqua Senatus ?
Dic , ubi Majestas Consulis ? urbis honos ?

A

Quo

Quo pieras? germana fides? quo prisca recessit
 Limo? & immenſa prosperitatis opes?
Subdita Cæſareo lunata Colonia ſceptro
 Quondam Rhenani gloria prima ſoli
 Urbs inter reliquas una excellentior urbes,
 Fertilitate fide nobilitate ſitu.
Quæ fueras olim? quantum mutata doloris?
 Non inanis veteris forna, nec umbra ſtatus?
Vulnus es imperii, Rheni pudor, ita Deorum
 Impia bis Domino perfida facta tuo.
Quis calamus ſcribat: quinam penecillus adumbret?
 O! urbs per cives facta nefanda tuos?

•VLIClVs eX aMVssI DepIngIt Vr.
 Ille rebellanti subdens calcaria plebi
Gnichins primi tons & origo malii,
Qquam desperatae cladem non intulit urbi
 Heu! tremit ad tantum mens generosa ſcelus
Hic novus Architophel, ſoboles hæc pothuma Judæ,
 Frater Tisiphones, Eumenidumque nepos.
Quem genu ſile furor, laetasse megæra videtur,
 Cujus avernalis ſpiritus acta fovet.
Hujus ab unius pender Republica ductu,
 Hujus ad imperium plebs furiosa coit.
Infama comunitat iummis quadriga rotundis,
 Primaque postremis, & ſeniora novis.
Sed redeo ad primos (exordia poffima) motus
 Motus tam grandem qui pepe ēre rogam.
Fama Magistratum paſſim lacerabat, at auhor
 Qui ſele cuperet ſistere, nullus erat.
Eſt tamen id certum multo jam tempore cuſum
 Illud ab offento corde fuſſe natum.

Quis

8
Quis faber hic fuerit scit & urbs , scit & ipse **Senatus**

Ambitiosa boni mens nihil ulla parit.

Arguitur **Contul** , patitur cum **Consule Quæstor** ,

Scommata sub tacito murmure multa volant.

Hic de centeno loquitur clam pessima nummo ,

Ille , quod expensis objiciatur , habet.

Tandem **Gulichius** prius instigatus , in ipsa

Incipit effari multa tacenda tribu .

Evomit in totum dictoria multa **Senatum** ,

Perfidia plures asserit esse reos.

Adfuit his **Hassel** sermonibus inque **Senatu**

Murmura postridie **Gulichiana** refert.

Dictorum Causam latâ mox lege jubetur

Reddere **Gulichius** : reddere promptus adeo.

Insistit primis redeundo per omnia dictis

Dictaque ne pereant verba notata cupit.

Principium fuit hoc flammæ , quæ spreta per urbem

Crevit , & immensis vitibus aucta stetit.

Callidus interea plebeias comminovet ædes .

Invigilans propria nocte dieque rei,

Conveniunt hinc inde tribus , fit factio , vulgus

Gulichis mentem laudat , & urget opus.

Hæc inter quandam quavis clam nocte frequentat

(Intellecturus perficienda) domum

Hæc domus auxilium spondet , variisque ministrae

Materiam accensum docta fore rogum .

Wolfiskelius primum qui se fore forte sciebat ,

Quem nova tempestas obruitura foret.

Præmonitus quoque de spolii vitæque periclo ,

Atripuit subitam qua data porta fugam .

Indulxit profugo **Lining** affinis asylum

Hic neque tuta viri spes fugitiva stetit .

4

Nam dum diversos ponit sibi cerneret astus
Militis insidias perniciemque strui,
Ad Veronensem tacite se contulit urbem,
Deplorans miseri fata sinistra status.
Hic quoque sollicitis exesus pectora curis
Finxit ærumnas emortiendo suas.
Vix fuit elapsus Consul vix liquerat urbem
In prædam populo cum domus ortha datur.
Omnis ad arbitrium subito distracta supplex
Ad varias abiit facta rapina domus.
Conservasse quidem poterat sua pleraque Consul
Qui monitis nollet credere Consul erat.
Vir bonus astra prius cœlo ruitura putabat
Quam que post deluit facta futura forent.
Hæc mala nascuntur polo cum traditur ensis
Plebs ubi fert ensem, Consul ab ense cadit.
Nec fuit hic folius Wolffskehl plebecula tantos
In quem dira globos ejaculata fuit.
Sensit & ipse regens hanc Consul Kreis sūriram,
Confexit fasces vi sibi quando rapi.
Quando militibus plena petulantibus ædes
Vidit & hos animo tam paciente tuli.
Cum licet infirmus torus prægnansque dolorum,
Ex nulla potuit qarte quiete frui.
Cum venit infami de gente lavatio, anquam
Fur, fuit è laribus iussus abire suis
Nectantum à laribus, fuit & proscriptus ab urbe.
Nec satis id grandi Consul in æreluit.
Vistibiplura dari dabo plora: sed omnia paucis
En tota notum nuper in urbe virum
Consul is est Ubicæ nasus de monte coronæ
Deque coronato nomina monte gerit.

III

5

Ille pater patriæ, laus urbis, gloria Juris,
In calamo & lingua par in utroque potens.
Sæpius Augustam missus Legatus ad aulam,
Delicium patriæ, lumen honorque lux,
Quo merito potuit gaudere Colonia fulcro
Hæc collapsuri firma Columna status
Qui per ter denos urbi serviverat annos
Urbis ad obsequium nocte dieque vigil
Hujus servitiis devincta Colonia servum
Nunquam debuerat destituisse suum.
Destituit tamen, & fædâ quoque labe notavit,
Hæcerat unius res manifesta virti.
Cursus is est mundi, regimen dum quilibet ambic
Alter in alterius ludere pelle solet.
Quærebant varias mulctandas Consulis ansas
Ansæ tamen inulctæ nulla reperta fuit.
Cuncta refutando vir prudentissimus hostem
Occultum potuit sat penetrare suum,
Alter & assidui Consul tunc incola lecti
Certa propinquantis viætima mortis erat,
Attamen arresto propria sed in æde ligatus
Cuncta dedit justo discutienda Deo.
Tandem post lenti crescentia robora morbi
Lætus supremum sensit adesse diem
Namque tot aggetas invicto corde querelas
Passus & innocuum se quoque fasilius obit.
Non obit ad superam spretis mortalibus aulam
Liber & æterno nomine dignus abit,
Primus hic est Consul quem nata rebellio morti
Obtulit in plures sœvit ille latro.

DolenaRVS DVnCenVIDIVS VRII IstIVs
gesta.

Gulichii locius tunc Dunckenvidius acriis

Ingenii & cordis vir sapientis erat.

Hic postquam factus rerum Director & actor

In socium virus mox vomit omne suum,

Arguit inscitiae stultum divulgat, ab omni

Consilio removet, solus & unus agit.

Quandocunque cupit trahit in sua vota Senatum

Deque putatorum cæribus ille pœst.

Restauraturum se Dunckenvidius urbem

Spondet, at in verbis sponsio facta stetit,

Suspectos removet, paucos reveretur, in omnes

Invehitur, solus plebe volente, regit.

Fascibus iuentat lites, tribuumque magistros

Sede Magistratus abstinuisse juber,

Pluribus affingit (qui sunt sine crimine) labem

Qui nunquam fuerant hos facit esse reos.

Omnis ad illius fertur sententia vorum

Fallere vel falli vir bonus ille nequit.

Omnia quæ loquitur, mera sunt oracula, civis

Hunc cœlo lapsum, pœdicat esse Jovem.

Re tamen offensi non est nisi passio cordis,

Abripuit totum passio cæca virum.

Omnibus insultat, collegas despicit, ipsis

Consulibus gestit sede sedere pati.

Fors quoque prima viri fuit hæc intentio sumnum

Urbis Agrippinæ possit ut esse caput.

Audio quod nostræ succenserit ille camœnæ

An succendendi causa sit ipse sciet.

Quæ scribo totam sunt decantata per urbem

Quæ plebs, quæ loquitur publica fama, loquor.

Hie

Hic mihi nec verbo facie neque cognitus unquam
A me plus æquo cur feriatur homo
Impatiens animi sibi vir mera somnia singit,
Quæque legit de se cuncta sinistra purat.
Absit ut innocuum linguâ vel carmine lœdiam,
Absit ut illicita suspitione notem.
Nulla viro doctrina deest sermone disertus
Ingenio felix maxima quæque potest.
Omnia salva forent, si se modo vincere posset;
Si posset stabili pacis amore trahi,
Si modo præcipites animi constringere motus,
Si Dominus choleræ diceret esse suæ.
Sed quia (non dubito quin demandante Senatu)
Omnibus exclusis omnia solus agit.
Hinc sibi damna parat; sibi qui prodesse volebat
Hinc odia, hinc hostes invideatque creat.
Vir bonus extremam nondum bene prævidet horam;
Plebs nullum grato fine coronat opus.
O Dolenare tuis tibi suadet Consule rebus.
In spe nam populi decipiere tui,
Nil populo levius nil inconstantius una
Duntaxat constans in levitate manet.
Novimus innumeris completum casibus orbem
Novimus heu tragicas plebis ab ente neces
Exitium, cancer, flagra, mors sunt præmia, vulgas
Quæ solet in famulos distribuisse suos.
Hæc tibi quæ refero tunc vera fuisse dolebis
Cum terus veniet post tua fata dolor.
SVLICHIVS aD arrestVM sVæ tribVs sponte
non VI abit.
Gulichius plebisque caput somesque malorum
Pergit inexpleta crudere tela manu

Cognita materiem domus & fomenta ministrat,
 Ardentem *Gulich* promovet arte rogam
Cuncta Magistratus jussu revocare jubetur
 Ridet ad hæc *Gulich* deteriusque coquit,
Quin quoque sponte tribum grato pro carcere sumens
 Ingreditur veterem convitiando viam,
Perfidia plerosque reos affirmat, in omnes
 Mox animadverti morte vel ære jubet.
Quo mage comprimitur, quo plus effutit & iræ
 Plenus in arcane volvitur acta rei.
Urget, ut in trini vestigent Consulis actus
 Quos nebulo furti suspicione notat.
Urget, ut ad pœnam, qui commeruere, trahantur
Urget, ut ablatæ restituantur opes.
Afferit esse duos & nomine prodit utrumque
 Qui modo plectendi fune vel ense forent.
E protocollo quædam præcisa duorum,
 Audacter solum, jurat id esse scelus,
Cuncta probaturum se spondet dicta paratus,
 Si convincatur falsa referre, in ori.
Hæc lingua jussit spargi petulante per urbem,
 Et reperit facilem plebis in aure fidem.
 Hunc affurgentem restinguat ut æmulus ignem
Gulichium abduci, vi comitante jubet.
 Sede sedens bogardorum pottatur ad ædes
 Tempora dimidiæ tunc prope noctis erant
Captus in hoc claustro longè vehementius instat
 Vindiæque tenax deteriora coquit
 Illatam queritur sibi vim, jus civis ademptum
 Restitui tribui vultque rogatque suæ.
Indicat id tribubus rectis id scribit amicis
 Illud ut absque mora perficiatur agit.

9

senatVs VrgerVr arrestVM hoC DenVo reLa-
Xare.

Nec mora prompta suum plebs defensura patronum
Mandat, ut abducto restituatur honos

Opponit frustra se pars contraria, nullum
Effugio linquit plebs fremebunda locum.

Hic quid consili? stans Curia plena timoris
E populi voto cuncta coacta facit.

Tympana pulsantur, properat cum milite civis,
Kirbin commendans urbis, & ipsius adest.

Ad sunt Præfeti, quibus est violentia curæ,
Itur ad arresti vociferando domum.

Exradi captus populo mandante jubetur.
Traditur, excipitur, tympana læta sonant.

Undique concurrunt visum spectacula cives,
Nil nisi vivat io! nil nisi plausus erat.

Gulichium pars magna præit pluresque sequuntur,
Stat circumfusis plena platea viris.

Qua fuit elatus portatur in ordine sedes,
Prima Magistratus illa ruina fuit.

Hunc subito cœpit plebs insultare per actum
Erexitque suum tota maligna caput.

Namque tribunitias postquam rediisset ad ædes
Egit ut amissu torva læna proco.

Pergit inexpletas cumulare furoribus iras,
Commovet assidua seditione tribus;

Evomit omne suum, quod nutrit pectore virus
Sublatosque diuos bellua sæva cupit.

Crescit adhærentum numerus, fit factio, cunctas
Hæc sibi conciliat factio fœda tribus.

Gulichius caput est, telluris filius alter,
Saxo, fortunæ vixobularis homo.

Tertius ingenio trux, callidus indeole pacis
Osor, *Martini* nomine, dives opum.
Nec melior *Kechers* lites & prælia spirans
Inflat sanguineam martis in urbe tubam.
Impius atque ferox superat *Mesthovius* omnes
Nequitiâ nullum doctus habere parem.
Manu*Dati* ex suggestis *Vulgatis* *sinister*
effe*CtVs.*

Hæc sed ut in primo posset molimina partu
Frangere, quod potis est æmulus, illud agit.
Concipit edictum, pœnitque minacibus implens
Ad sua de tribubus quemque redire jubet.
Gulichii gravibus peistringit criminis verbis
Omnis & Authorem sustinet esse mali.
Hinc ut quisque virum studeat vitare, monetur
Ni velut in propriani currere sponte necem.
Æmulus hæc format, confirmat cuncta senatus,
Et figi ad portas vult nova jussa sua.
Æmulus at proprio veluti qui que plurima motu
Hæc nova de cathedris vult quoque jussa legit.
Nec mora præcones verbis mittuntur ad omnes
Quilibet excepto nemine jussa legit.
Passio diversos rapit in diversa legentes
Cautus hic ad verbum, quæ legit illa tegit.
Ille facit glossas, Dicteria tertius addit
Multaque de cathedra prætereunda tonat.
Hoc erat accensis oleum suffundere flammis,
Hcerat effreni subdere calcar equo.
Frangero conducit, non irritare furorem,
Irritata nimis pungere novit apis
Crandia per mollem palpantur vulnera dextram,
Quod vimium est, vitium semper id esse solet.

Plus

Plus nimio intensus semper sibi rumpitur arcus.
 Fas est in lutea molliter ire via.
 Et desperatae sua sunt medicamina plebi
 Ast ea prudenti sunt adhibenda manu.
 Esse salus fierique potest medicina venenum,
 Discretum regimen cuncta cavenda cavit.
 Plebs ad iniqua modo facili plerumque moverur.
 Mota sed à nulla conciliatur ope.
 Si (quod consilium melius pro parte fuisset)
 Res ea mansueto vecta fuisset equo.
 Forsitan extremis plebs abstinuisse ab ausis,
 Fors foret accensi flamma sopita rogi.
 Sed quia proscindit e per nova iussa videbat
 Civis, & è cathedra pessima quemque loqui.
 In rabie in versus, completere tumultibus urbem
 Incipit, & junctis viribus arma capit.
 Vt or ar Matæ pLebis aD triibVs sVas Vbi-
 qVe Convenientis.
 E tribuum vexilla volant expansa fenestris.
 Pervigil armatas ambulat ante portas,
 Quisque facit, quod cuique placet, quia nemo resistit,
 Jura Magistratus sub pede trita jacent.
 Conveniunt coeuntque tribus, commissio servet,
 Cuditur ingentis magna catena mali.
 Celorum Regnum Gulich Deus insidet unus,
 Jupiter inde novus fulgurat a que tonat.
 Hinc plebs consilium, capit hinc mandata Senatus,
 Pendet ab hoc uno Curia tota loco.
 Omnis ad hanc e tribum stabat sine milite civis,
 Præsidis exspectans iussa cruenta sui.
 Scabat nec pluviam veritus nec territus æstu
 Stabat ab unius pendulus ore viri.

CVrJa IVssV senatVs MILite VnDIqVe ob-
serata.

Interea metuens etiam sibi forte Senatus
Ad se præsidium militis omne trahit,
Quod si spem præter raparentur ad arma rebelles,
Qua vi quisque potest vim repulisse jubet,
Ostia clauduntur , firmatur Curia , miles
Bombardas onerat promptus ad arma suas,
Urtiant alacres , Dux ipse bibale ministrat
Hinc fuga *van Drūnen* mortuus secuta fuit
Vit nam munificus dederat pro milite nummos
Pro quovis solidus sive schilingus erat,
Dux dat blaffardum sed debuit esse schilingus ,
Sex albos alias forte daturus erat.
Hinc extrema pati multam vexamque subire
Debebat , hæc tantigratia larga stetit.
ApLbIs eXarDesCentIs tVrcote VIA fortI per-
rVMpItVr,
Civis id advertens veteres cito colligit itas ,
Et duce *Borr* claudo roboret enselatus.
Itur ad occlusas resoluto pectore portas
Pande viam miles *Borr* Cathaphractus adeat
Vat tibi vae miles certam prædico ruinam
Si pergas monitis vertere terga meis.
Territus his miles , nos urbs ait unica nutrit ,
Miles plebejo civi carere nequit.
Cur igitur civi nos opponemus? iniquum
Id foret , à nobis hoc procut esto scelus.
Quidquid commendans quidquid velit ipse senatus ,
Porta patens esto civibus , arma cadant.
Hæc ubi dicta; suo patuit mox Curia civi
Civibus ingressis ad sua miles abit.

Solus

Solus abortivo remanet sine milite duotor,
 Captus ad effraenes ducitur ille fabros,
 Imperiturque *Doms* quæ frumentaria vulgo
 Dicitur, ejecto milite civis ovat.
 Ipse Magistratus dominanti cedere plebi
 Cogitur, & quidquid postulat omne prebat.
 Confirmata manet tribuum commissio posthac
 Qua sine concludi res neque parva queat
 E Cathedris lecti decreti quætitur author,
 Omnis in hunc vulgi bils & ira volat.
 Multa per omne nefas de jure neganda petuntur.
 Contra torrentem quis nisi stultus eat,
 Frustra fistuntur, superant cum flumina ripas,
 Ars ex undantes nulla retraxit aquas.
 Debuit in primo fisti plebs fervida motu,
 Vix est infecti sanguinis ulla salus.
 Principiis obster, qui vult vitare ruinam,
 Ex minimis crescent maximia damna moris.
 Subditus indomito similis solet esse caballo
 Nijuvenem fröenes non cicuratur equus,
 Subditus a nulla regitur ratione, minorem
 Si digitum dederis postulat ille manum.
 Illud in ubiaco probat experientia cive
 Civis hic a minimis qualia, quanta patrat?
 Transfixum pro lege colens sine legibus errat,
 Quæ suadet fieri cæca libido, facit.
 Plu, ultra graditur, pergit torquere senatum,
 Atque novum quavis luce gravamen habet,
 Quod protocollum prior inquisitio duxit
 Irritata dari plebs petit, atque datur.
 Id quoque coguntur tribuum fecisse magistri
 Uibz modo stat plebi subdita tota sua

Curia

Curia ad insanum trepidat perplexa tumultu
 Exspectans certam plebis abense necem
 DVnCkenVID & aLII eX
 SenatorIbVs DetInentVr
Hoc ita dum geritur plebs directoris ad ædes
 Abductura virtutum ceu furibunda ruit.
Syndicus ex petitur negat uxor adesse maritum,
 Esse vocaturam si peteretur, ait.
Exspectant redditum, movert indignatio bilem,
 Duinque tremunt, rerum nescius ipse venit.
Ire jubent secum, quo^z syndicus inquit, ad ædes
 Ire viatorum te tribus ipsa juber.
Ibo ait, & gladio sese præcingit, & instar
 Militis ex osam concomitatur opem.
Ingressus totus frendet captusque teneri
 Iussus, vindictæ querit initre viam.
Tradit judicibus (fuit hæc commissio) scriptum,
 Quo studet innocuos implicuisse viros.
Hos inter Beyvvegh, dein Honthum, Cuseman, Hūigen
 Aurifaber quintus, sextus & ipse fibertz
Hos variis conabatur conspergere nævis
 Atque ita contractam diminuisse noctam.
Omnia monstrabat jussu fecisse tenatus
 It proprio motu se statuisse nihil.
Nil tamen effecit: bavarum concenderet turrim
 Debuit, hæc tanti lucra laboris erant.
Præmonui supra vulgi ne crede favori
 Cui favor est hodie cras solet esse furor.
Per quæ quis peccat, per & hæc punitur, id ipsum
 Syndicus exemplo nos docet ipse suo.
Par Hesselmannum tetigit fortuna, novercam
 Plus ille sibi fenserit esse deam.

Nam

Nam *Cunibertina* subiens ergastula *tarris*
 Innumeris pressus vidit acerba modis.
 Ast his *Gulichii* nondum saturata quiescit
 Ira, sed in plures exoneranda manet.
 Commendans urbis *Kirbrin* gereonis ad *antrum*
 Ducitur, infamia carcete, facta luens.
 Mox ad *caelorum* bini quoque *regna* vocantur
Wischius & *Beyvvegh* consul uterque regens.
 Advecti veniunt, mandat commissio fasces
 Ponere, sed fasces deposuisse negant.
 Multa rogant, sequitur responsio digna rogatis
 Ast ea vindictam quæstio falsa sapit.
 Non patitur communæ bonum, tenet ultio primas
 Quidquid enim geritur rancor id omne facit.
 Gesta novæ Comissionis eIVsqVē
 AbsolVta atqVē Vera IDEa
 Pro! superi! qualis commissio! qualis ab urbe
 Quando fuit primum condita, nulla fuit.
 Stulta rudis certi commissio plena pericli,
 Ultima fax, vulgi sperma, ruina status.
 Calcatrix legum commissio nescia juris,
 Mancipium Cerebri vile tenaxque sui.
 Hujus ad imperium vah consul uterque jubetur
 Ad designatum captus abire locum.
 Hujus ad imperium totus venit ipse senatus
 Ordine quemque suo *Saxo* sedere jubet.
 Primam spurca sibi retinet commissio mensam
 Alteram ab apposita parte senatus habet.
 Ecce quid & quantum toletata rebellio tentat,
 Heu! pudet effari, scribere penna verat.
 Ipse Magistratus' pô quales vivimus annos)
 Subjacet & plebis pender ab ore suæ.

Cogitatur

Cogitur & certis subito subscribere punctis
 Aut Gulichia non abiisse tribu.
 Alter in alterius figit sua lumina vultum,
 Sed timor elingues, & sine voce facit.
 Unicus impavido Mylins sic ore reponit,
 Non volo tam grandi me maculare probro.
 Dixit: & arresti retulit pro munere pœnam
 Illa remissa tamen post breve pœna fuit.
 Non stetit hic rabies, mage debacchata furores
 Exeruit (quemvis illaqueando) suos.
 Urbica Cæsaream commissio mittit ad aulam
 Velatura suos hac ratione Dolos.
 Et tamen extremas eludere Cæsar's iras
 Non timeret, & nullis est revocanda minis.
 Tempora tunc aderant immutatura Senatum,
 Annuus has urbis postulat ordo vices.
 Constituta suis commissio spuma rebus.
 Vult regimen, regimen sed cupit esse novum,
 Convenient pro more tribus, dant vota, Senator
 Nullus, nec Consul, qui fuit ante, manet.
 Nulla Magistratus remanent vestigia primi,
 Quem vult Gulichius sublevat aura virum
 Huic quicunque placet, fit de cerdone Senator,
 Huic uni, quisquis displiceret, ille jacet.
 Omnis ab unius pendet commissio nutu
 Hoc sine nil fieri, nil statuique potest.
 Heu! nimium proprio vicina Colonia damno,
 Qualia quamque tibi noxia monstra foves!
 Peste laborasti, sed peste nocentior omni
 Est, quam Gulichii factio fœda parit.
 Factio cum vere sit, vult commissio dici,
 Quam nutrit varios mens scelerata dolos,

Scir

Scire cupis, quibus hæc constet commissio membris?

Qui videt, arcadicum dier id esse pecus.

Infima fæx hominum, vacuum sine Pallade pectus,

Sunt statuis (cerebrum queis stat inane) pares

Est tribuum scabies, sunt excrementa virorum,

Estque flagellorum sensibus orba cohors

Est terræ loboles, animantia bruta, stupores

Dedecus est patriæ, spum probrumque sua.

Omnibus hæc peior titulis commissio, quidvis

Præcipit, & totum sola gubernat opus.

Illa reformato triplici veroque Senatu,

Eligit ad placitum substituitque novum.

Illa Senatori dat jura, quod illa recusat

Nunquam fit, Consul nomen inane gerit.

Si, quæ Galichius renuit, det vota Senator,

Causas, eur metuat, mille Senator habet,

Heu! qualis rerum facies, confusio clavum

Dirigit, ex Ubia pellitur urbe salus.

Prædominata suum vomit ore rebellio virus,

Unio prosperitas, publica paxque jacent.

Mercatura perit, res est angusta pericli

Pauperies urbis recta domosque replet,

Unicus Elector pereuntem sustinet urbem,

Civibus clapsas ille reducit opes.

Sed quis id agnoscit? nemo vah! impia plebis

Progenies virgæ digna furore nova

TVMVLANT Vr De novo CIVes Iterato

Instigati,

His ita transactis, deformatoque Senatu

Sæcula cui veterem nulla dedere parem,

Ecce repentinus consurgit in urbe tumultus

Currunt ad fons, quæ via strata, fornum

B

Totæ

Tota catervatim volitat gladiata per urbem
 Plebs, ad prædictum justa venire locum.
Accurunt implentque forum, stant ordine cives
 Omnes armati, nullus inermis adest,
 Dimidiata suis stabat pars urbis in armis,
 Reddidit attonitum res ea mira forum,
Causam *Gulichii* commissio sola sciebat,
 Quærebant plures vincula plura viros
Curia subverso veteri nova facta Senatu
 (Quæ metamorphosin damnat & ipsa suam)
Hec ad Cælorum bino cum Consule regnum,
Gulichii stricta lege citata venit.
Fervida per totam, fit consultatio noctem,
 Consilii rabiem passio & ira fovent.
Non satis innocuas cumulasse doloribus ædes,
 Non satis antiqui jus violasse status.
Non est Cæsareo satis insultasse ministro
 Commovisse novâ seditione tribus.
Ulterius vindicta furit, plus ira requirit,
 Plus ultra rabies *Gulichiana* ruit.
Mandat ut ex acie quisquis sit, nemo recedat,
 Nec moveat minimum de statione pedem.
Nox ea spe varios, pluresque timoribus implens
 Mox fuit effectus visa dedisse suos.
Exauthorati prænobilita senatus
Gulichius mandat membra repente capi.
Gulichii jussis qui se se opponeret, unus
 Non erat, est novus hic Syndicus αὐτος Φω
Ad designatas civis cito provolat ædes,
Gulichio listunt quos reperere viros.
Imsterad & Brassard Broichio cum Consule Cöppens
Caseman & Mylius Schriftzins atque Dresen,

Wentz.

Wentzelius, Dáemen; lectis exire coacti
 Ad solitam abducti nocte fúre tribum,
 Brassardus (conjux quia facta puerpera) paucas
 Post horas tribui se redeundo stetit.
 Broich custoditus propriis sed in ædibus hæret,
 Pyrottumque domi cautio firma tenet.
 Unicus à fido monitus Vandrunen amico
 Maluit occultæ credere terga fuga.
 Uxor at una domi remanens quam turpia vulgi
 Scōmata? quam vigilum grandia damina tulit?
 Arresto strictas bini de cibibus ædes.
 Servabant totos invigilando dies.
 Civilis matrona satisfactura petulcis,
 Excubiis vinum larga cibosque dabat.
 Quo plus acciperent vigiles, hoc plura petebant.
 Nulla satis poterat plena venire manus.
 Optima quantumvis mulier per honesta pararet,
 Judicio vigilum pessima semper erant.
 Cumque forent plenæ pretiosis mercibus ædes
 Implebant saccos clamque doloque suos.
 Hæc cuncta innocuo (tibi quæ, nec ab hoste timeres)
 Concivi cives damina dedere suo.
 Vah! quam tartareos Ubii jam vivitis annos!
 Ut frater fratrem devoret ipse suum!
 Hæc patiebatur Vandrunen ab urbe sed urbi
 Major erat prædam non reperisse dolor.
 Divisi in portas reliqui turreisque fuerunt.
 Pars in Calesti iusta manere tribu.
 His ita consecutis civis dimissus abibat,
 Re tamen hæc rabies non saturata stetit.
 Cum minimam torrens per clausa repagula rimam
 Invenit, è rima plenus hiatus abit.

Sic quoque *Gulichius* primos cūm eerneret ausus
 Ire per immunem dissimulando viam.
 Ad majora suos animavit prælia sensus,
 Cœpit & hrôrendum corde sovere [scelus],
 Justitiam, commune bonum, populi que quietem
 Jurabat sancta quærere velle fide.
 His dementabat fides prætextibus urbem,
 Hinc favor & plebis crescere cœpit amor.
 Hoc sub amore suos insurgere cœpit in hostes,
 Syndicus esse, bonos tollere, ferre malos.
Gulichii ad minimi stat prompta Colonia nitum,
 Ille; quod optat, habet, quod lubet, illud agit.
 Qui modo stat solo se constitue, Senatus
 Gulichio, primam dirigit ille rotam.
 Quos cupit ille caput, mandata frequentia rident
 Cæsar, invertit jura, probosque fugat.
 In templis servatas prorumpit in areas
 Sacrilega tapiens inde sigilla manu,
 His tribuum signis mandata rebellio munit,
 Horum prædictio tutus in urbe regit.
 Publica Transfix. factus per compita præco,
 Pessimus interpres, nil nisi falla legit,
 Transfixum pleno transfigi gutture clamans
 In corpora populum sed tione tenet.
 Non tantum varios calamo sed & ore tumultus
 Concipit, atque aliis quæ nequit ipse jubet,
 Protectoris amat titulum, cui plena potestas
 Ad compellendas sit in mea que tribus,
 Cujus ab imperio dependeat ipse Senatus,
 Quem retinere loco vel removere queat.
 Quin quoque Conceptus animi ne prodidit ipsa
 Cūm solus cunetas texit in urbe tribus.

Cum

Cūm per *Gulichium* clausis data Thessera portis
 Inque suos eives urbs animata fuit,
 Ad varias cum plura vehi tormenta plateas,
 Jussit, ut assiduo plebs foret icta metu
 Quanta Magistratus fuerit formido? quis angor?
 Quis referat? dubio stabat & ipse gradu
 Omnia nutabant, tremefacta Colonia tantum
 Ad scelus in saltis naufraga stabat aquis,
 Et quid non oppressor agit, quid in urbe relinquit
 Intactum, totum utat ubique Statum
 Admoveat offi iis asinos, stat Curia Doctis
 Clans, quod una jubet cœca lib do facit.
 Accusatoris partes agit, omnia defert.
 Carceribus claudit, judicat, exequitur,
 Nil masianellus nil est leidianus ad illum
 A quibus horret barbarus, illa patrat,
 Plurima pars urbis quamvis contraria pacem
 Mallet, & ad primum cuncta redire Statum.
 Turba rebellantum, qui sunt de plebe trecentos
 Vix numerat, reliquos paxque salusque trahit.
 Et tamen hi pauci *Gulich* ducē cuncta gubernant,
 Hos penes est omnis summa caputque rei.
 Hi pauci faciunt, quæ non fecere tyranni
 Transiliunt legum jura, stigemque movent
 Tota Tribunorum remanet sul pensa potestas,
 Cur? quia *Gulichio* sic statuisse placet.
 Blai regentes ConsVLes tyrannIDes
 VIM eXperIVntVr,
Wischius & *Beyuegh*, quos tot per amara dietum
 Ultio captivos Gulichiana tener.
 Hic viduus, cœlebs alter simul ordine Consul,
 Quot mala coguntur, quot probra mille pati.

Corripitur febribus Beyvvegh sit & incola lecti,
 Judicio medici præstat adire domum.
Idque rogan proles, consentit ad illa Senatus
 Cautio iusta dari de redeundo, datur.
Consulis accrescit morbus, mors ipsa timetur.
Gulichium ratio nulla movere potest,
Hic neque consilio medici, neque lege Senatus
 Territus, arrestum continuare jubet.
Quae dixi sunt pauca, novis cumulanda fuerunt:
 Crimina criminibus, quid gravis ira potest?
Presbyter infirmum consolaturus amicum
 Ad sua cum grandi bile repulsus abit.
Captivas onerant bombis ventralibus aures,
 Quæque decent scurras irreverenter agunt.
Consulis in faciem quoties ex ore tabaci
 Visi sunt fumos evomuisse sui?
Verba quis obscenæ referat: urbisima civis,
 Ante verecundos verba relata viros?
Quis subsannantes vigilum numeraverit actes:
 Quos ad captivos exhibuere fores?
Quem *Cunibertine*, *Bavare* quem barbara turris
 Quem *Gereonei* carceris acta latent,
Fœda licet similem pœnam mors nulla meretur,
 Væ! quem plebeiae corripit ira manus!
Ab LegatVs CæsareVs In honoris sVI faMa fœde
 t Vrptterq Ve patit Vr.
Liber ab his furiis neque Cæsar is ipse remansit
 Legatus miris passus & ille modis?
Hoc de Cæsareo mendacia, quanta ministro
 Per male concordes sparta fuere tribus:
Nonne rebellatum variis de face fuerunt
 Carcere multatum qui voluerent virum?
Quam

Quam persæpe suum proscindi vidit honorem!

Quam de se quemvis facta pudenda loqui?

Cæsar is esse negant Legatum, fraudibus omnem

Rem peragi, tectum corde latere scelus.

Dicunt, quod proprio denuntiat omnia motu,

Dicunt, quod pacis nomine bella paret.

Unicus & solus sovet hæc mendacia Gulich,

Possit ut accensis addere ligna foci.

Ridet Cæsareum, quod sit sine robore robur

Ridet, quod Banni fulmen inane tonet.

Quod Trevir & Treviri junctus Neoburgicus urget;

Terriculamentum perfidus esse putat.

Quod Meinertz hagen Consul novus improbat, illud

Factio (fax potius) Gulichiana probat.

Gulichius oæcæ non est peccabilis urbi.

Hoc unum superest, fiat ut ille Deus.

Electoral i gratiam se jactat in aula,

Sus in Judæi gratio r æde forer.

Nunquam Electori (mentitur ut ipse) locutus

Quem nunquam dignus forte videre fuit.

Non ostenduntur fœdis sacra lipsana porcis

Nec seurram facies Principis ulla decet.

His minus attentis miseram sic fascinat urbem,

Ut quo vult, naso ludificante trahat.

Conspicit expertum sibi posse nocere Senatum,

Hinc studet indoctum substituisse gregem,

More tyrannorum, ne pars queat æmula vires

Extere, in primos fertur, eosque capit.

Nemo domi tuteus remanet, tremor omnibus instat,

Adducit vincitum quælibet hora novum!

Omnia respondent votis, plebs infinita palmarum

Obtinet, exultat scurra, triumphas ovos

Qusque suum sequitur, quo ducit passio, sentium,
 Ultio consiliis omnibus una p̄æst.
Hæc metamorphosis, facies hæc urbica pacis
 Exilium, lachrymis sunt graviora meis.
Priores ea cuncta vident, taciteque dolorem,
 Ut turi possint vivere, corde premunt.
Nemo est, qui verbum mutare vel audeat, omnes
 Unus in assiduo continet ille metu;
Quis non suspirat? quis non de corde gemiscat?
 Cum videt hoc tragicæ seditionis opus.
Unam facile Eleitor posset ratione medelam
 Tamen deplorata constituisse rei.
Electoralis bonitas calcaria p̄ebi
 Subdit, ut impunis per mala plura ruat.
Conseruaturos electoralia sp̄endent
 Jura, sed oppositum cum Status urget, agunt.
Non opus exemplis, quæ quotidiana videntur
 Res nimis ex variis actibus illa patet.
Seronis Hesselmanni Viri astuti Descriptio &
 Infusta eius Vta.
Aspice fatalem quam nupet ludere scenam
 Vidimus impavidum corde animoque virum.
Vir fuit ingenio cui forte Colonia paucos
 Nunc habet, aut post hac est habitura pares.
Vir fuit ingentis studii, vastique laboris,
 Quem grave quantumvis non retrahebat onus.
Qui per terrenos urbani serviverat annos,
 Publica privatis anteferendo bonis.
Qui nullis unquam feriis feriatus, & ipsos
 Intulpsit festos plebis amore dies.
Qui tora vitae potioris parte laborans,
 Quid cepit? pudet heu! dicere vera! nihil.

ille

Ille *Hesselmannus* nulli non notus, iniqua,
Fortuna genitus, ludibriumque fori.
Qualia! quanta tulit! primus fuit ille peremptum
Gulichii infestans quem voluete tribus.
Ante erat arresto, sed eum moderamine strictus,
Noluit hoc, quamvis posset, abire loco.
Post tamen indoluit se non abiisse, per urbem
Ad Cunibertinas cum rapere tur aquas.
Hic quibus extiterit furiis agitatus, id ipsurn,
Quamvis nostra velit scribere penna nequit,
Si fur; si moechus si patricida fuisset
Catcere debebat commodiore frui,
Sistere que poterat rabidam violentia prebem!
Nil vis, nil ratio plebe furente, valet.
Primus hic ad mortem gradus exitit, inde propri
Passibus ad metam res abierte suam.
ex tUrti CUnibertIna transIt ad portam v
potatoris.
Post Cunibertinam, que *Potatoria vulgo*
Dicitur, hæc statio porta secunda fuit.
Hic *Hesselmanno* quoque dura ferenda fuerunt,
Mei stamen in Cuncis persistit et equa malis.
Temporis impatiens urget commissio mortem
Iudicium mortis præsul at unus habet.
Hinc quoscunque reos urbs judicat, hosque scabini
Tradit, ut ex merito lex quod anhelat agant.
Hie rhodus hic saltus! pars judicat una securi
Urbem concives plestere posse suos.
Sed pars ingentis non immemor altera multa
Urbs simili in Casu quam rea facta, dedit
Hesselmannus ait, plectatur præsulis ense
Non sunt ligna novo suppeditanda roga,

Est vice-tradendus-comiti, nisi sponte velimus
 Nos urbemque novis implicuisse malis.
Consilium inviti tandem admisere rebelles,
 In solito tradi sed petiere modo.
Ut vice-nempe-comes notæ ster ad ostia portæ
 Tradendum excipiens, restituensque reum.
Huc ut ad examen puncta allegata trahantur
 Urbs habeat junctos sed sine voce duos.
Mira petita quidem facilem parirura sequelam
 Praescriptura suo post breve tempus hero.
At tam hoc fæcum, quod sit mera gratia, postquam,
 Urbs esset propria testificata manu.
Annuit elector placandæ plebis amore
 Quamvis res multis hæc in amena foret.
Ex hoc *Gulichius* tacito sub corde triumphans,
 Cœpit in incepta latior ire via.
Dat protocollum, dat falsificata scabinis
 Acta, necis causam materie inque parat.
Portaf equentari tunc potatoria cœpit,
 Cœpit fundendi sanguinis esse locus.
Prodit ad examen captivus, ad omnia lato
 Pectore responderet, puncta neganda negat.
Excipit, excusat, tempusque moraque requirit,
 Omnia Scripta sibi rapta fuisse dolet.
Interpres rerum solus cupit esse suarum
 Quæ sunt acta bono fine per aucta refert.
Se de communi nil participasse ruina.
 Semper ab his puram continuisse manum.
Si Corresponsum factum, cum cæsare factum
 Cum batavo, batavus foedere junctus erat.
 Urbis in offensam se quæsivisse salutem,
 Illi se vitam velle sacrare suam.

Audit

Audit hæc judex, sed & audit illa scabinus,

Nolens judicium præcipitare suum.

Quotidie ad portam veniunt bis qualibet, horas

Insumunt aliquot multa rogando, vice

Forte videbatur mora longior esse rebelli

Hinc importunis urget agitque modis,

Urget ut absque mora sententia justa feratur.

Quod nisi præstiterint, omnia dira vovet.

Quinquidui cupiunt spatium, conceditur illis,

Quinquiduum triduo fit tamen hocce minus.

Tertia jamque dies aderat, quæ tota scabinos

Quamvis impranlos, visa tenere fuit.

Hinc ut jejunio facerent solatia ventri

E porta ad proprios quisque abidere lates.

Emensi medium nondum tenuere plateam,

Cum Dominos porta plebs abiisse notat.

Fit clamor, civis sua corripit arma, scabinis

Vim faciunt, glomerant verba, redire jubent.

Ni redeant adjecturos se verbera verbis.

Aut hoc quod gravius sit, imitantur opes.

Verba pudenda vomunt, cingunt retrahuntq; scabinos,

Et primam cogunt hos repedare viam.

Sed vice-nec-comiti parcunt, bombardâ lacertos

Vulnerat, in quemvis impia dicta volant.

Quidquid agunt, quidquid spondent, nil omnia, portam

Iejni repetunt, non sine bile suam.

Impransi remanent hic nocte dieque scabini,

Vix licuit modico se recreare mero.

Circumstant vigiles (custodia pessima) cives,

Effugio minimus ne queat esse locus.

Mesthorins Cives animat, præit, ordinat, agmen

Instruit, excubias, quæ facienda moner.

Nam

Nem tamen elector tot læsus ab acribus, ira
 Tandem projiceret fulmina justa sua,
 Libera postridie sub conditione facultas
 Est data, qua poterant ire, redire domum,
 Interea cœptis pergent infistere rebus,
 Atque operi celeres applicuisse manus.
 Quid fit? Captivi nil protestatio, prægnans
 Nil uxor poterat, canitiesque virti.
ELIUS DeM fatalis sententia atqVe InseqVens
 eXeCVtIo,
 Clauditur examen, fertur sententia mortis,
 Mors senis, ut gladio percuteretur erat.
 Cum plausu excipitur sententia, porta scabinum
 Deserit acta tribus, Curia tota probant.
 Construitur grandi non impar pugna theatro,
 Stabat id in fani flebile pugna foro.
 Stabat post postæ non multis passibus ædes,
 Cœlestem spectans e regione tribum.
 Augusti duodena dies, quam clara sacravit,
 Lux erat infami prostituenda neci.
 Propridie de praesixa vir morte monetur,
 Invenit impavidam mors subeunda virum,
 Fit supplex electori cum prolibus uxori
 Gratia ne fieret, causa vir unus erat.
 Vir paucis gratus, rixis assuetus, ubique
 Notus adulator, bella necesseque ferens,
 Ast **H**esselmannus generosi pectoris, uni
 Mox commendabat seque suosque Deo,
 Quilojolæa de religione sacerdos
 Ad fuit, elinguis, cum loqueretur, erat.
 Consolaturos Consolabatur anaicos
 Pro se nil moesti tristitiaque ferens.

Urgue

Urque ad fatalem bene se componeret actum,
 Deposituit vita cuncta piacula sua.
 Suscepit sacram misera pietate synaxin,
 Ia solum retinens lumina fixa Deum.
 Uxori scripto quæ sint facienda relinquit
 Pro libus exoptat fausta, facitque vale.
 Jamque dies aderat finem factura dolorum
 Tristis, amara, ferox, atra, Cruenta dies.
 In sua divisi prodibant agmina cives,
 Pars vacua in toto, non erat ulla foro.
 Omnia plena, domus, Peristylia, tecta, fenestræ
 Ferre insessores visa Catasta suos.
 In pretio locus omnis erat, compactaque stabant
 Turba, recens veluti quando salitus habet.
 Tempus erat, duo sol-Decimam properabat ad horam,
 Quia reus educi lege jubente solet.
 Hoc Hesselmannus monitus de tempore surgit,
 Quoque jubebatur tendere laetus abit.
 Non legitur (ceu moris erat) sententia mortis,
 Nemo scabinorum, quod decuisset, adest.
 Debita Coerulei non fit cœremonia Saxy,
 Jura electoris lassa quis esse negat?
 E porta rhenum versus deducitur, instat
 Civis, & educeti servat utriusque latus
 Ipse nigro, nitidoque reus vestitus amictu
 Ibat, ut ad sponsam qui cupit ire suam
 Una serenatam complebat gratia mentem,
 Ridenti similis vultus amoenus erat.
 Presbyteri bini Comites stupuere, nec unquam
 Ore levasse virum sufficiente queunt.
 Una crucem, capit is manus altera regmen habebat
 Una precantis erat vox miserere mei.

Poe

Pone sequebantur bini pro more bogardi

Ultima sed scenæ clausula lictor erat.

Nolo senatores, quos curia jussit adesse

Nolo secuturi tangere fata mali,

Urbicus enormem præfert apparitor ensem,

Quo quondam plexus consul ab urbe fuit.

Cætera prætereo, queis jurisdictio summi

Iudicii passa est, cæcus id ipse videt.

Oppletæ stabant populo occurrente, plateæ

Cuī non stillarent lumina, nullus erat.

Ex pedis unius defectu tardius ibat,

Ibat præfixæ plenus amore necis,

Sic inter repetita sacræ crucis oscula, cordis

Contriti gemitus, assiduaque preces.

Tandem supplicii, quem fœda rebellio struxit

Attigit intrepidus mente animoque locum,

Primis sanguineum concendit pegma sacerdos,

Insequiturque suum mox reus ipse ducem

Fit manuum plausus, facies gereonis in uno

Permanet, & solei qui sine nube refert.

Colloquitur patri, sacris affectibus instat

Se præcepta Dei præteriisse dolet.

Omniibus ignoscit mortemque subire paratus

Iurat apostolicam velle tenere fidem.

Se viduat thorace, comas sub tegmine condit,

Detractum collo dat scapulare patri.

Tum strophio faciem velans, & poplite flexus,

Complicat erectas fixus in astra manus.

Ingeminat nomen Iesu nomenque Mariæ,

Subiiciens mortæ colla parata neci.

Attonitos facit illa viri resolutio cives,

Et natat in lachrymis sexus uterque suis.

Ast faciem testus dum vellet flectere , lictor

Cœpit suspenso scandere pegma gradu.

Jussus enim latuit sub pegmate , forte timebant

Turbandum , visus si foret ille seneim.

Evaginatum lictor cito corripit ensim

Dumque ferit , medium vix ferit ille caput .

Corruit in faciem Gereon lethaliter ietus

Sed neque successum proximus ietus habet.

Namque resecturus caput à cervice , lacertos

Corripit atque nova morte perire facit .

Tertius accessit binis erroribus error.

Nam neque tunc cervix decapitata fuit.

Arreptis tandem (qualis laniena) capillis ,

Præscidit reliquum carnificina caput.

Ad lixæ toties repetitos turpiter ietus ,

Nullus qui se de plebe moveret , erat

Unicus è medio populi dum cerneret ensim

Fallere , truncari nec quoque posse caput

Clamat & elata compellat voce trementem

Carnificem , & munus mandat obire suum

In partes , in frusta feces , sis absque timore

Quomodocunque potes funere coge mori .

Quis fuit hic ? fuit hic chirotecarius ille

Gulichii adjutor causa secunda mali .

Sax inclamavit , Sax est ea verba locutus ,

Undique circumstans audiit illa cohors .

O Sax ô bipedum nequissime nonne pudebat

Hæc à tartario pectora verba loqui .

Impie postremam nondum Sax conspicis horam

Sax nondum mortem qua moriere vides .

Quæ quis confratri furiis agitantibus optat ,

Nunquid in authorem vota redire solent .

Ulcis

Ultio crede mihi te *Sax* quoque certa sequetur
 Et tu frustatum *Sax* perimendus eris.
Hec tibi quantumvis non sim de semine vatum
 Auguror, infausto lectus ab ense cades
Ad funus redeo post cuncta peracta recessit
 Quilibet, hic tristis, latius & alter erat
Intactum corpus fuit à tortore relatum
 Civibus antiqui juris id usque fuit.
Truncatum exceptit mox tumba parata cadaver,
 Post ad *Martini* tumba locatafores.
Hic feretro impositum, & nigro velamine tectum,
 Permansit serum funus ad usque diem
Sub tenebras hominum vicinorumque caterva.
 Et triplici cleri concomitante choro
Est præcursoris delatum funus ad ædem,
 Appositusque suo filius ipse patri.
Xhortatio parænet! Ca De fVNestō eXlV cereo-
 nls HesseL ManuL
Huicce novercanti sors Hesselmannica fatu
 Succubuit tanti mors fuit illa viri.
Qui plebi servit, Dominiū sortitur iniquum
 Et vice mercedis damna necemque refert.
Hesselmanno tuo si tam tua vita fuisset
 Fida Deo, poteras absque timore mori.
Jam quia terrenis populique favoribus usus
 Sprevisti propriæ s̄epe salutis opus.
Est ad postremam cur arma paraveris horam
 Cuncta sed ardentes arma fuere preces.
Disceite quem fallax trahit in sua foedera mundus
 Cui Deus ingenium cuique talenta dedit.
Disce Deo primas, mundoque dedisse secundas
 Mundo qui primas consecrat, ille perit.

Insc

Ingenium sublime scias virtute regendum,

Ingenio docti quot periēre suo!

Unica virtuti conjuncta scientia prodest,

Gloria virtutem non peritura manet.

Felix virtutem studio quicunque maritat,

Hic nihil adversi, quod vereatur habet,

Hæc cheu tragicæ, spectacula tristia mortis,

Milector vitæ sint documenta tuæ.

ChristLII habitVs fæmIneVs sVb porta honorata

notatVs atqVe deprehensVs.

Post Hesselmanni mortem res tota quievit.

Pegma tamen colmæ mansit ad usque di. m.

Christi*lius* interea quem Curia firma tenebat,

Exit ab arresto sole cadente suo.

Mane novo, cum prima dies luc^cere cœpit,

Staret & in tremulo nox fugitiva pede.

Fœmineum fragens pluvio sub tegmine sexum

Cum famulo ad portam lætus honoris abit.

Ibat in assueto mendax, quia fœmina gressu

Nec quia rasa sati barba virilis erat.

Fors quoque nec capiti velum pluviale quadrabat

Suspicio exorta est hinc violenta doli.

Hinc egressuri velumque togamque prehendens

Heus! ait excubitor fœmina siste gradum

Dixit: & ex oculis velum pluviale removit,

Quæque fuit mulier visa, vit ille fuit.

Concurrit populus mendax fert fœmina risum.

Traditur ad vigilum fœmina facta domum.

Masculeum repetit simulatum ponit amictum

Qua deprehensus erat porta habitanda datur.

Huic suppar alius paulò post contigit actus,

Actus carminibus dignus & ipse meis.

Quædam virgo suam (fors est mihi nota) sororem

Pro comite ad Rheni ducere littus avens.

Injecit capiti velum pluviale timendum

Namque erat ut cœlum triste fitire aquas.

Dum venit ad Bavaram pluvio sub tegmine turrim

Excubitor metuens forte latere dolum.

Attinet & timidam, vult explorare puellam,

Illa, quid heus! nebulo? quid cupid? ire sinas

Ille levare togam, pedibus manibusque reniti

Illa minis lachrymas addere dira loqui

Quidquid præsentes quidquid soror ipsa moveret

Frustra erat, hæc non est fœmina miles ait.

Tandem cum nasi formam faciemque videret

Virginis, erravi dixit abire potes.

Illa verecundo vultum suffusa rubore

Hoc mihi causavi, subdidit ipsa, malum.

Ad tragicam redeo clausurus carmina scenam

Quam mala difficulti restituantur ope.

CæsareanorVM apVD Vblos Infœlx

progressVs & fîns.

Ad fortunatum currebant omnia finem

Spes erat effectus jam prope summa boni

Urbs ad Cæsareas veniebat plurima partes

Res erat in magno Gulichiana metu.

Horrida Cæfarei terrebant fulmina banni

Fulmina per cunctas notificata domos.

Hoc feriebantur terni de plebe rebelles

Gulich, Sax, Mertens, fulmine digna trias.

Quotquot ab his starent eadem quoque pœna manebat

Non erat his ubio tutius in orbe locus.

Vidimus hoc varios a&u resipisce re cives

Gulich quoq[ue] datam destituisse fidem.

Gau-

35

Gaudebant ablegati captosque jubebant
Restitui, furdus verò Senatus erat.
Cuncta remittuntur tribibus sic mensis in annum
Protrahitur, nihilo fit tamen inde minus.
Legati captos ~~terrumque~~ terumque reposcunt
Responsumque velint quid statuisse petunt.
Ita Magistratus furdus capit aure, priori
Insistens, quidvis despiciendo, via.
Tandem Cæsareae succre cens factio partis
Instruit audaces in nova facta manus.
Concurruunt magno numero, Dux *Murckius* agmen
Præcedit, motus res dedit illa novos.
Vivat iο! clamant, vivat *Leopoldus* & urbi
Imperet, in furcam turba rebellis eat.
Crescit eundo cohors, jam Cæsar ubique triumphat
Calica Gulichii, stat penetranda tribus.
Quosque suos armare scelos, onerare lacertos,
Unusquisque suas viuis obire vices,
Ad Coeli jubet ire tribum; *Murkeenius* illam
Occupat, at *Gulich* testa per alta fugit.
Dumque fugit, cadit atque pedem male fauiciat unum,
O si fregisset bestia fæva caput.
Attamen elapsus proprias profugit ad ædes
Sax quoque postici salvus abivit ope.
Audiit insolitos hos Consul uterque tumultus,
Inscius & rerum quid gereretur erat.
Hinc ad supplicium queri se triste putantes,
Exspectant certam corde pavente necem.
Sed pepulisse metum mentemque resumere jussi
Caceris arrestum deseruere sui.
Murckius ad proprios deduxit utrumque penates
Restituit fasces *Murcken* utriusque suos.

Inde redempturi reliquos è carcere cives
 Diffractis turres impetiere seris.
 Kirbrin Commendans & Dunckenvidius ipso
 Urbem prudenter deseruere Die,
 Ad sua sunt alii, non absque timore, reverst
 Captivus nullus, qui remaneret, erat.
 Marckius ibat ovans, & qui pro cælare stabant,
 Signa triumphorum, quæ pottuere, dabant.
 Sed dolor! heu! multis nimis immatura fuerunt
 Gaudia, vix plenius visa stetisse diem.
 Namque recollectis Gutich cito viribus iras
 Auxit, barbaricum præcipiendo scelus.
 Quos minimâ de fæce potest, citat undique scurras,
 Bina datur lixis diripienda domus.
 Tam cito projectis cur desperaverit armis
 Murchius a multis quæstio mota fuit,
 Percupisse viam vel non cœpisse delebat
 Quid juvat incepsum, si male finit opus.
 Unito poterant cogi mavorte rebelles
 Iamque erat infamem pars meditata fugam,
 Sed cum Cælateos animo cecidisse viderent
 Exacuere suas in nova bella manus.
 Consilium præcepis fausto vix fine triumphat
 Quæ cito Concipitur res cito cuncta perit.
 Immatura nimis fuit hæc resolutio nondum
 Sat Confirmatis viribus arma Capi
 Credidit à falso Murchen deceptus amico
 Non emansuram (si præjisset) opem.
 In cautus præiit, post se quoque credula traxit
 Pectora, pernities sed præjisse fuit.
 Nam qui promissus se debuit addere miles
 Exitio causam non veniendo dedit

Attamen

Attamen hunc primum quamvis eluserit actum

Gulichius, primo certior alter erit.

eXspoLLatIo æDIVM senatV

IntrVso ConnIVente,

Huac ut *Murckenii Gulich* mox vindicet actum

Murckenii statuit diripuisse Domum

Audit hæc avidâ populus promptissimus aure

Quodque diu factum plebs voluisset agit.

eX IVssIone senatVs spoLLantVt æDes

MVrCKenII.

Prima domus *Murckens* spoliis devota, rapinam

Passa gravem minimo nec remanente fuit.

Sed spoliatores prædæ spes ampla fefellit

Optima de nido namque volarat avis.

Linea lota recens nondum siccata supplex

Pendula, sub tecto maxima festa dabat.

Providus extulerat *Murckens* prius omnia paucis

Exceptis, pretio de leviore, bonis.

Vidimus excussas ex magna parte fenebras,

Vidimus effractis ostia aperta seris

Quidquid scurrilis potuit petulantia damni

Ædibus attritis hisce dedisse dedit

In cella tenuis cervisia, debile vinum,

Ama tamen potus vix utriusque fuit.

æDes DVnCKenVIDianæ pIorlbVs plVs

patIVnt Vr.

Sed Dunken vidi major graffata per ædes

Barbaries, nullis est referenda metris.

Turcicus immites furor hic laxavit habenas,

Stabat ab effuso naufraga cella mero.

Ostia scamna, penus, lectica, sedilia, mensæ,

Scrinia, vas, pixis, Capsula, trulla, cadus,

Vitra, schyphi, phialæ, specularia, pocla, fenestræ,
 Omnis & à figulo, quæ patre testa venit.
 Nil fuit illæ sum, pedibus contrita jacebant
 Omnia, deterius nil potuere scyphæ.
 Sed neque picturis crudelis scutra pepercit,
 Quas gladiis fuerat dissipuisse jocus.
Effigiem *Judenduncki* vix viderat unus.
 Heus! autem heus focū! cernite furciferum
Dixit: & in faciem mox stringit imaginis ensem
 Eruit ille oculos, vulnerat ille manus.
Proxima quæ mater nato pendebat, in igneim
 Missa sua risum perditione dedit.
Impia lcurrilis, trux sufficientia nondum
 Nequitiae dederat plebs documenta sua.
 Plura per indomitos tentanda fuere rebelles
 Facta, sed æternis facta pianda rogis.
Conscendent suprema domus, granaria lustrant,
 Magnam frumenti vim superesse vident,
 Quid faciunt? pars grana cupit dejecta fenestris,
 Pars vult ad socias altera vecta tribus.
Dum sic discordant, atque in contraria tendunt
 Vah! pudet effari qualia facta patrant?
In frumenta tuas vah! plebs acherontica sordes
 Ejicit, ô stygiæ turpe genimen avis:
Cur non detonuit Cui non sua fulmina cœlum
 Misit in obscuros (terra tremisce) sues.
Humanas vincunt tam grandia crimina poenas
 O urbs O sodomæ nonne flagella times?
 Sunt ea parva nimis, multo graviora mereris
 In granum sordes mittere quale scelus,
 Illa filio tua (maledicta rebellio) vitæ
 Principium, bonitas quotidiana Dei

Nobilis hic terræ fructus, quo nemo carere
 Si vitam cupiat, sustinuisse potest.
 Hæ fruges hominumque salus, donumque Deorum
 Ob quas quisque suas tollit ad astra manus.
 Hæ conspurcatæ scurrarum fæcibus acrem
 Vindictam nemesis nonne jubente petunt.
 Experiere prius quam surda rebellio credis,
 Cum veniunt tergo justa flagella tuo.
 Ad Iudendunckum redeo, vestigia terrent.
 Cum video, laceræ tristia damna domus,
 Extractæ leætis plumæ per apertæ volabant,
 Nemo manu vacuus, nullus abibat inops.
 Vel direpta fuit vel conculcata supplex,
 Quo plebs, fævities cum dominatur abit.
 Quæ bona sollicitos collecta fuere per annos
 Heu! nimis infelix hæc rapit una dies.
 Sed velut egressus ripam vorat omnia torrens,
 Nec semel effusis est revocandus aquis.
 Sic quoque seditio grassata per obvia vulgi,
 Per quam frœnetur, vis nequit illa dari.
 effICaX & saLVtarIs parænæsIs sIVE aDMonItIo
 prIorlbVs InsIstens.
 Duncken vide tuos revokes ad pristina sensus,
 Inditia offensi sunt ea vera Dei.
 Per quæ peccasti per & hæc puniris, in ipsum
 Incidit Authorem res male cœpta suum
 Plurima narrari de te falsissima novi,
 Ora malignorum quis tenuisse potest.
 Mille tibi fausto totidem precor ore salutes
 Et doleo injustè te quoque sæpe pati.
 Sed quis inoffenso pede tam sibi providus ivit
 Læserit ut plantas non aliquando suas,

Luna suas patitur maculas, Sol ipse subinde
 Deficit & radio sufficiente caret.
 Fallit equum gressus, pontis scientia nautam
 Nescius erroris dic quis in orbe fuit?
E decima nec parte reum te judico, quorum
 Te satagunt hostes insimulare tui.
Attramen ut jurem quod si immunis ab omni
 Crimine, non patitur fama, nec ipse petis.
Peccasti, quid amice negas? errata fatere
 Sunt Arnolde nimis vera negare nequis,
Quae peregrina tuo nuper florebat in horto
 Arbor odora viri dic rogo cuius erat?
VWolffskelii spolium nunquid fuit? ecce rapinam
 Quae fecisti aliis, facta suere tibi.
Quae Consul magno sibi conquiserat ære,
 Hæc à te modico jure vel ære trahis.
Vix trahis, & subito pereunt nova gaudia casu
 Sic male dilabi que male parta solent.
Nonne laborasti (fuit hæc tua passio) numinis
 Emptus ad officium quisquis in urbe fuit.
Solveret ut dignam te primo præside mulctam
 Inter & emptores maximus ipsius eras.
Urbis Agrippinæ nam Syndicus esse volebas
 Electoralis desipiebat amor.
Consilii primus dudum fortasse fuisses
 Et foret in tuto fors tua læta vado.
Syndicus ut fieres obstabant multa, sed aurum
 Præclusam potuit mox referare viam.
Nam tria per centum mater cuna iussa ducatos
 (Innocuum juris te licet esse) daret
Quod petis ecce datur, sis Syndicus, atque priorem
 Inter Collegas dant data dona locum.

Ecce

Ecce pari nunquid conspersus es ipse farinâ
 Et tamen ad mulctam quod facis ipse trahis
 Devovisse tuam nil Syndice desine tortem ,
 Crede satis causæ quod patiaris habes.
 Quæ male struxisti peregrinis retia plantis
 Ne mir' ère tuos corripuisse pedes.
 Per quæ quis peccat , per idem punitur & idem
 Vox ea vera fuit , vox ea vera manet.
 In caput ipsa siquum semper malefacta recurrunt
 Fosso in foveam quam parat ipse cadit,
 Exclusisti alios jam nunc excluderis ipse
 Quem coxisti aliis nunc edis ipse cibum
 Turbasti pacem , tibi pax optata negatur ,
 Mensuram recipis quâ modo mensus eras.
 Noli quæso queri non est tibi causa querendi ,
 Cum Deus illa parat justa flagella parat.
 Lex est naturæ , quam si servaveris , omnis
 Semper erit domui paxque salusque tuæ.
 Quæ non vis fieri tibi nec tu feceris ulli ,
 Hæc quoque fac aliis , quæ tibi facta cupis.
 Ergo quando vides spoliatum fructibus hortum
 Quando vides laceræ damna gemenda domus
 Quando doles de te quæ sunt mendacia spargi
 Quæque probare nequit pessima quemque loqui.
 Quando tuis clausas plangis singultibus aures
 Quando nec audiri te potuisse gemis.
 Quando tuis elementa vides contraria votis ,
 Et conspirantes in tua damna polos ,
 Hanc supra positam , naturæ respice legem ,
 Hæc neglecta tibi fors mala cuncta parit.
 Est Arnolde Deus justus super omnia judex
 Huic se conformes atque quietus eris.

D. sChLeVMer VIta parItt & bonIs
nefarIe eXVI tVr.

Dunckenvidana mox scurra reliqueat ædes
Cum novus hinc alio præcipit ire furor
Schleumerus petitur condensant agmina tixæ
Vis fit, at ille notans vim reserare negat.
Braxator *Schleumerus* erat plebisque tribunus
Nunquam vel minimi conscius ipse mali.
Pulsantur cum bile fores aperire jubetur,
Ostia qui cupiat pandere nullus adest.
Succula rumpendis adhibetur ferrea portis
Schleumer at è summa dejicit æde trabem,
Trabs ea vel vectis potius dum decidit, unum
Vulnerat, at læso vix pede sanus abit.
Vidit id occlusas stans turba rebellis ad ædes,
Et tam grande nefas nos patiemur ait.
Exonerate scloplos, & trajicitote scelestum
Prompta stat ad cupidam fæx maledicta necem,
Sex simul explodunt, triplicata glande feritur
Paucis post horis exanimatus obit.
Ostia cardinibus tandem dejcta patebant
Qui quis habere manum cernit ille rapit.
Scrurantur leeteta domus, rimantur & arcas,
Nullus homo, scurras, qui remoretur, adest,
Omnia diripiunt, plenamque tyrannidis implent
Mensuram, veri dæmonis instar agunt.
Quod nequit efferti frangunt, conclavia foedant,
Nulla domus damnum scribere penna potest.
Optima per madidam fluitat cervisia cellari
Butyri pedibus vis bona trita jacet.
Quidquid in argento quidquid reperitur in auro
Quidquid vel pretii ciſta vel æris hahet.

In spolium transit domus evacuata decorem
 Exuit, heu! inopi par prope facta casæ.
 Non tantum hinc feritas horrenda reliquit
 Funeris, ut possent membra tegenda tegi.
 Dic mihi barbaricæ rabies otomannica portat
 Num sævire magis, vel nocuisse queat?
 Hæc videt, hæc patitur, gaudensque **Colonia laudat**,
 Hæc jubet, & Cives devorat ipsa suos
 Impia progenies, quid de te postera dicent
 Sæcula? propudium nunquid es ipsa tui.
 DepInglitUr **Sax britannus** spoliatUr
 Mors senatorib[us] ^{Ch}
Sax homo nullius fidei, mendicus, ab anglis
 Transfugus, in pœnam suppliciumque datus
 Hoc excrementum Scotiæ, quem fata furorum
 Nuper in has ubias, evomuere plagas.
 Hic vir nullius frugi, quem gratia civem
 Fecit, quem vacuæ res premit arcta domus,
 Ille rebellantis pars, perfida & altera turbæ
 Qui traxit stirpem de nebulone suam.
 Qui patre deterior didicit tractare lecurim
 Quærens Cervices diminuisse novas.
 Hic **Sax**, hæc Stygiæ preles phlegetontica matris,
 Hic **Sax** communis pestis amara boni.
 Hic steropes de genite cyclops, idiota gubernat
 Omnia, primores quoque timore replens
 Hoc hominis monstrum, princepsq[ue] caputq[ue] stuporum
 Cui neque mica salis, nec rationis inest.
 Solus hic è proprio d[omi]n[u]m terminat omnia motu,
 Delphicus haud unquam tantus apollo fuit.
 Quos amat, hosce levat, quos odit ad infima trudit
 Extimulans socios ad mala quæque suos.

Hæc

Hæc vulpes versuta meros sub pectori versans,
 Quos dextrè novit dissimulare dolos.
 Hic fuit hic nequam, quo promotore tot ædes
 Scurrarum spoliis elevimus esse datas.
 Ille trium minime contentus clade domorum
 Gaudet tam fausto rem properare gradu.
 Quam Krey, Moers, Kester quam sint hi grandia passi
 Quis canet? humanam vincit id omne fidem.
 Vincis tartaricam prædando rebellio gentem,
 Quod non auderet dæmon, id ipsa facis,
 Impia depictum calcas in imagine Iesum,
 Scinditur a cultris virgo Maria this.
 Non tibi sacrorum, non est reverentia divum,
 Quod Sax, quod Gulich quod furor urget, agis
 Quis raptas taxabit opes? ad millia damnum
 Moers (hic nil dubites) æstimat ostro suum.
 In pretio premium nullum fuit, omnia mixta
 Eijciebantur, strata jacebat humus.
 Serica cum tunieis volitabat in aere vestis
 Ludus erat raros dilacerasse libros.
 Horreò inhumanum facinus cum mente revolvo,
 Et pudet infandum commemorasse nefas.
 Dilectus & krey IVXta S. ColVMbae
 VrgInIs.
 Quæ debacchantum rabies fuit ante Columbae
 Virginis, o dignus morte rotaque furor.
 Ipse dominus Krey tunc ex urbe protectus
 Non potuit morte damna videre domus.
 Hic velut intimidos ululans lupus irruit agnos,
 Provocat in tutos plebs inopina lares.
 Nobile distrahitur per Centenaria stannum,
 Elati cupri vis quoque magna fuit.

Pocula,

Pocula, candelabra, schyphai, cochleare, salinæ
 Et reliqua argenti sors erat una salutis.
 Iungitur optatæ numero ſa pecunia prædæ
 Transit ad incurvas gaza per ampla manus.
 Cambia dilacerant apochas, documenta perurunt
 Barbarie, ſocium vincere quiſque cupidus.
 Sed pars prædonum vicini prima fuerunt,
 Ecce quid est homini, quam mala pestis homo
 Huc præcepſ ubii rapitur vesania civis.
 Haec mala progigniſ ſeditione ſolent.
 Quod furor impatiens quod ſuggerit, ira, libido
 Quo trahit, huc cæco plebs ruit aetate gradu
 DomVs keVterlana parl fort Vnæ aC ViolentIæ
 obnoXIa
 In quo peccavit Keuter? quid Criminis egit?
 Ut defleret avi gesta vetuſta ſui?
 Diripiendus erat, labes que in nulla notabat,
 Obruit innocuum quanta ruina virum;
 Electorali quamvis vicinior Aule
 Staret, & hinc merito tuta futura domus
 Denfus & excubitor, quamvis prope staret in armis
 Attamen absque metu ſcurra protervus agit.
 Non movet elector, non terret miles, in ipſo
 Principis aspectu prædo petuleus ovat.
 Plurima diſfringunt, ſalvis ſed ubique fenestris
 Quæ fuit unius gratia rara domus.
 At duo profuli perierunt plauftra falerni
 Plenus erat largo vit juvenis que mero
 Cetera quæ fuerit clam transportata ſupelleſ
 Scire quis in tali conditione poteſt?

DVIkerVs

DVIkerVs MerCator In pLatex noVa fIt
qVoqVe graVIs rapina.

Quid sit in eje^cto Duskerus aromate passus,
Testis vicinus qui tibi narrat, erit.

Vidit is in medium projecta fuisse plateam
India quæ magno vœctâ labore dedit.

Condimenta , piper , zedoaria , cinnaque momum ,
Cassia nux , anisum , cingiber atque macir

Et quidquid pretio dignum novus attulit orbis
Percita sub putri cuncta fuere luto ,

Quin & saccareas , conos volo dicere , turres
Dissolvi impuras vidimes inter aquas.

Qualis nequities ? qualis petulantia ? damnum
Tam grave concivi conciliasse suo !

O ! ichytha , busiris , latro , scurra , trifurcifer ursus !
O ! incarnati , d^emonis effigies .

Cur non ad proprios portas tua fulta penates
Usibus uxoris fulta futura tuæ .

Illud aroma tuæ poterat servire culinæ ,
Afficiens grato quoque sapore cibos .

Illud amaritatem faciet dulce cete vini ,
Dulce novum stomacho robur aroma parit ,

Omnis in electo reperitur aroma virtus
Hoc sine nulla caro cocta , nec esca sapit .

Cur igitur quo nemo potest caruissle , quod alter
Orbis ab extremo cardine aroma tulit ?

Cur quod in aurata servatur pixide calcas ,
Et premis immundo sus lutulenta pede .

O ! cives , cives quos degeneratis in ausus !
Quo Sax , Mesthovius Gulichiusque trahunt !

Siccine mens omnis ratio sensusque recessit ,
Ut sint consiliis omnia clausa bonis .

Ergo

Ergo
Cat
Docto
Qu
Passio
Nun
Nullu
Ste
Curia
On
Trans
Qu
Quis?
Qu
Hosad
Hosv
Ha
Quid
C^o
Subdi
Ex
Ad pr
Hi
Aut si
No
Qui
Au
Omni
Me

Ergo nec ulla valent motiva, nec ulla valebit
 Cautio? Cæsareæ non removet ira domus?
 Doctorum fugitis prudentia suasa virorum
 Quisque suum sequitur (lex ea prima) caput,
 Passio & ira regunt, tenet ignorantia clavum,
 Nullus honor legum, nullus honoris amor.
 Nullus honestati locus est? quæ forma Sénatus?
 Stentoris aut tabulae dixeris esse locum.
 Curia fit futiæ similis, clamoribus implorat
 Omnia, respectus cum gravitate jacet.
 Transfixum merito transfixum jure vocatur.
 Quod male transfigi quælibet hora vider,
 Quis? qui vel minimo musas de limine novit,
 Quot neque litterulam scribere posse patet.
 Hos adhibent onagros, hos ad subsellia ducunt
 Hos stolidos fungos, hoc rude vulgus amant.
 Hos vulgi columen Gallich jubet esse togatos
 Hæc pro judicibus muta caterva sedet.
 Quid rogo miraris, patient quod talia servi,
 Cùm Domini servis sint feritare pares.
 Subditus est talis, qualis solet esse Senatus,
 Exemplum sequitur filius ipse patris.
 Ad prædas abiit vulgus, quia iussa dederunt,
 Hi, qui debuerant impediisse scelus.
 Aut si non fuerant justi, cur ultio pœnam
 Non dedit, ut reliqui quos modo carcer habet.
 seVera eorVM pœna qVos Urbs VIDit
 tVIlos esse partes abLegati Cæsarej.
 Qui cum Murkenio tu res referasse notati
 Aut minimum vissi sunt voluisse loqui.
 Omnis in hos rabies effundebatur, in illos
 Mox animadversum pelle vel ære fuit.

Primus ad infamem murarius ire catastam
 Iussus, ibi serum mansit ad usque diem.
 Alter erat juvenis, præstans & ab arte vitor
 Ire per infaustam vias & ipse viam.
 Ductus hic ad turrim (*Franchonia dicitur*) acri
 Exceptus virgâ, pulsus & urbe fuit.
 Ingentem reliqui multam solvêre, trecentos
 Illo, quadrigenitos alter, ut ordo dabat.
 Plus, minus, unusquisque sua pro sorte ferebat
 Ut posset tergo consuluisse suo.
 Hæc via per multos fisco dedit aspera nummos
 Et plures multa continuante dabit.
 Hæcne justitia est? quotquot pro Cæsare, quotquot
 Se pro communii constituere bono.
 Hos omnes spoliant, capiunt, multando fatigant,
 Illos furca, rotæ, flagra, catasta manent.
 At quæ surreptæ datur inquisitio prædæ?
 Nonne merebatur tanta rapina necem?
 Quis stitit ferrones scurram, quis civis abegit:
 Quis jussit Dominis furta referre suis.
 Nomine non tantum sed de cognomine noti
 Sunt omnes, cur hic *Saxo* pudende files.
 Cur non carceribus claudis? cur vincula tardas?
 Cur non restitui, restituenda facis?
 Hic cæci sumus, hic oculis & mente caremus,
 Cum videant omnes: nemo videre cupit.
 Impietas impunis abit damnatur honestas,
 Hic præsens patitur talia facta status.
 Omnia jam sunt fieri quæ posse negassent
 Secula, ab antiqua nota priore fide.
 Est mera colluvies, qui debuit esse Senatus
 Imperium rerum turba rebellis habet.

Hinc

Hin
 T
 Hun
 U
 Anxi
 Q
 Tern
 C
 Perf
 U
 Attar
 Se
 Lega
 Galia
 Sy
 Ipler
 H
 Eleg
 E
 Qui
 E
 Cava
 H
 Hiel
 E
 Cog
 E
 Huie
 M

Hinc & Cæsar: us discessit ab urbe minister,
 Tutus ut à vulgi seditione foret.
 Hunc Trevir & locius Neoburgicus ipse fecutus,
 Ut possent Dominiis cuncta referre suis.
 Anxius interea bino cum complice *Gulich*
 Quid sit opus factò corde pavente rogat.
 Terminus ad finera currebat, ut iter ad aulam
 Cæsaream fallax non sapiebat iher.
 Perfidiae fortasse sua vitæque timebat
 Ultio, nam culpam certa tenaxque premit.
 Attamen in populo cum sit Deus ipse Deorum
 Sex sibi pergratos destinat ire viros.
 Legatio Vblaca ab Urbe atq; Ve senat V Vienna M
 a VstrIæ Designata.
Gulichius rerum Dominus princepsque Senatus
 Syndicus imperio Consul & urbis agens,
 Iplemet austriacam cum tendere nollet ad aulam,
 Huc licet accitus saepius ipse foret.
 Elegit vulgi media de face rebelles,
 Et Legatorum jussit obire vices.
 Qui quales fuerint ut post huma tempora norine
 En Legatorum nomina lector habe.
 Legationis Vblæ DVX prIMVs CaVa-
 nIak.
Cavaniak Legatorum simul ordine princeps,
 Hujus ego fraudes non cano Bonna canat.
 Hic lojalæa de Religione maritus,
 Est modo multiplici nec sine prole parens.
 Cognitus è falsis est actibus, inde migrandum
 E Veronensi protinus urbe fuit.
 Huic aliquam peperit prætensa licentia famam,
 Menitur, gradu forte propinquus erit.

Causidicus nunquam quia litem perdidit ullam
Quaneus sit, facilis si ire labore potes.

Res angusta domi est, nihil æris, plurima debet
Et vix quo proles nutriat, uxor habet.

Attamen illa novo saliens ab honore mariti
Hoc à Legati munere sperat opes.

In Legatione Vrb's Vbiæ seCVnDVs
KraMer paVper notariVs.

Kramer postrema de classe notarius, auri
Indigens & famæ deficiens homo.

Despectus, blatero, cuivis variabilis auræ
Cretensis fidei cuncta maligna coquens,

Hic Legatorum fit Secretarius, illi
Res protocelli conficienda datur.

Ille notare dies & in acta referre jubetur.

Quo sint excepti, per loca cuncta modo,
Hic quid Cæsarea rerum statuatur in aula

Hoc ut Agrippinæ significetur, agit.
Cui nisi vestitum plebs seditiona dedisset

Vix poterant hominis posteriora tegi.
Ecce Magistratus Ubii legatio! nunquid

Urbis id æternum dedecus atque pudor.
Aula quid Augusti dicet cum viderit istum

Cum sociis iurum, quinque venire suis.
saX ChIrotehCarIVs sCotICVs è fæCe ab.

IeCta LegatorVM tertIVs.
Tertius infami celebris de nomine Flaminæ

Promotor, dignus, quem nova furea levet.
Ille reformatus Quackerius, ille Britannus

A elirothecis notus ubique suis.
Gulichii adjutor primus satis ore disertus

Pelle ferens agni vellera, corde lupum,

Ocul-

51

Occultus nebula simulans sermone dolorem,
Et subridendo certa venena parans.
Hic Legatorum pars maxima, & altera plebis
Spes, in quo solo summa salutis erat.
Gulichio remanente domi (licet ipse celatus
Eset) cum sociis quinque paratus abit
Sed quoniam supra satishunc descripsimus, ultra
Nil addo, pereat *Sax* gladioque cadat.

Legatione ordine & IVrie qVartVs
Magister VVesthoVen peLLifeX.
Sed quid de quarto memorem? *Westhovius* illi
Nomen, at hoc nomen quam gravis afflat oder
Cæsarei proceres, teneres rogo claudite nares
Ex hoc Legato foeda mephysis olet.
Nil mirum pelles vir depilat ille bovinas
Et corium rafa de cute forte parat.
Sed (salva venia) quidnam cum pelle geratur
Westhovii breviter lector amore cape.
De bove detraqtam manantem sanguine pellem
In sua conglomerat tergora fertque domum.
Ponderat extendit, salit atque revolvit in orbem
Pellieis aliis rebus ubique tenet.
Post breve visurus pellem, dum detegit, ingens
Egreditur putor, cogit abire foras.
In scrobe per calcem macerat, querunque favore
Corticis, emollit non sine m. le cutem.
Nec fatis hoc, pellem subigit mola tarda requires
Tempora, ut apta suis usibus esse queat.
Primus hic hac populi fit seditione Senator,
Ne fieret cautum legibus illud erat.
Quare Magistratus cur fœteat? ecce putrescens
Et fœdum redolens excoriator adest.

Hoc putre scurrilis præfert legatio membrum

O! levis urbs! quando te puduisse pudet!

Legationis In orDIne qVIntVs HVbertVs
sChVrMannVs faber.

Quarto vix melior quintus, pater ille cyclopum

Vulcani soboles, metropolita faber.

Ferreus ingenio temerarius, ore protervus

Nil nisi Trojanum cedere doctus quum.

In nova civiles animare incendia, flammas

Promptus & assiduo marte fovere fabros

Dimidium scurræ præfert hic nomine Schürman

Totus at in medio pectori scurra latet.

Sed timeo innocuis fabricat, dum vincula plantis

Compedibus proprios aptet ut ipse pedes.

LegatVs seXtVs MesthovIVs opIf IClO

Detonsor panni.

Sextus Mesthovius præclarus nominis hæres,

Talis enim Petri pastor in æde fuit.

Lux cleri, sermone potens, decor inclitus urbis,

Doctor & eximius plenus honore senex.

An trahat inde suos Legatus hic urbicus ortus

Nescio, Mesthovio par nihil ille ref. it.

Attamen est fratrius (velat audio filius) isto

Indignus patruo, nomen inane nepos

Lipstadii patris est caput à cervice resectum,

Quæ sit causa necis, me latet, ille sciet.

Linguarum gnarus, sed multi prodigus æris

Filius, in patriam degeneravit acum.

Nullius frugi, pretii paris turbis abortus,

Helluo multarum pernitosus opum.

Multa reformatus panni per tempora tonsor

Cui nec gutta meri, mica nec ulla boli.

Qui

Qui nisi cum reliquis Legatus ab urbe fuisset,

In loculis obulum vix habiturus erat.

Cujus in extremo res stat modo naufraga fundo,

Protinus ad certam res abitura stipem.

Pluribus abstineo, satis est ex ungue leonem

Nosse, vir à facie proditur ipse sua.

Legationis ex Urbe egressus poetæ Vota
ta ac Diræ In abitum.

Hic suus Galichius quos designavit ad Aulam:

Cæsaris ad gratum cuncta parantur iter.

Constituantur equi, quibus imponuntur aselli,

Formula vestitus omnibus una datur.

Exultant, varias obeunt, equitando plateas,

Ut videant alios ut videantur eunt.

In talibus nunquam pompâ, nec honore fuerunt

O! quos stultitiae quam levis aura rotat,

Asperius nihil est humili cum surgit in altum

Id docet exemplo fæcilevis illa suo.

Una eademque omnes ridenda superbia vexat,

Omnes Legati nomen ad alta trahit.

Sed modo nemo fabrum, se nemo recognitat irum,

Consulibus reputant, se faciuntque pares,

Urbs vestes, nummos, quodcumque necesse ministrat

Nec minus uxores, quo potiantur, habent.

Sunt itur è variis prædicta pecunia multæ

Fæctio quas nuper Cæsariana dedit.

Jamque dies abitus aderat, qua nubibus æther

Tectus ubique suas exonerabat aquas,

In lachrymas abiit cœlum, legatio fletu

Digna erat hæc, civis, quod negat, æthra facit.

So'e cadente tamen tex discessere coloni,

Cum tenebris alveunt, in tenebrosa ruant,

Vah! pudeat! pudeat! qualis legatio quales,

(Non vidit similes Cæsaris aula) viri!

Quem

Quem rogo, quem ludis velana rebellio 'udum
 Non te contemni prostituique vides?
 O mea substrati regina Colonia Rheni
 Clara coronatis urbibus adamata procis,
 Quæ tot patritios numeras? tot stemmata jactas!
 Quæ tam magnificas ducis in alta domos,
 Quæ nutrit Dominos proavis illustribus ortos,
 Quam graduatorum copia tanta beat,
 Quæ tot Romana natos de stirpe potentes
 Divitiis celebres conditio ne foves?
 Cur rogo tam turpes de post fœdantibus hædos
 Tam gravibus placuit præposuisse viris?
 Evomuisse tuos plebs ebria perge furores
 Est mensura tui jam prope plena mali,
 Vos quoque, vos querno secti de stipte trunci,
 Pergite, lors quo vos & mala fata vehunt.
 Ite malis avibus, vinclique redite catenis
 Ultio damnatum concomitetur iter
 Sit via vestra palus, durus venientibus hospes
 Urbs vobis pateat nulla, nec ulla domus,
 Aëolus effundat ventos & Jupiter urnam
 Obsideat cœptam grando geluque viam.
 Dejiciant vestris vos num'na nigra caballis
 Surda sit ad falsas terra polisque preces,
 Ite sed in propriam (quia vultis abire) ruinam
 Excipiet pignus debita furca suum.
 Furca viros si prem (quia tunc est plena) requirit
 Septimus ast Ub. a mansit in urbe *Gulich*,
 Ille coronabit furcam mediumque tenebit
 Inter pendentes gloria prima, locum
 Finio sed quando sit cœpta rebellio finem
 Sortitura, Deus tempus & acta dabunt.
FINIS PARTIS PRIMÆ.

VMVLt VantIs & Insæ VIentIs VrbIs
pars seCVnDa.

poetæ LVgVbriſ IngressVs & aLteral LaMentatIe
sVper hoDIerno statV VrbIs.

RUrsus in Ubiacos acuo mea tela rebelles,
Rurſus ad abruptum iuſta recurrit opus:
Exierat pluviiſ equitans legatio cœlis
Signa dabant cholerae terra polusque ſuz.
Digna era urbe cohors sed & aptior eſſe nequibat,
Urbs tibi prōh qualis fata dedere viros!
Mitor & admiror, quid dieam? nescio, legi
Plurima, vix actum credo fuſſe parem.
Huic similem latii non conſpexere Catones,
Huic similem Grajus nescit & ipſe Solon
Eſſe poteſt, ſimiles quod viderit orbis agyrtas,
Qui tamē hos vidit, rarus in urbe fuit.
Hanc ubi conſpexi, melior legatio dixi
Vix Ubiis poterat vix magis apta dari.
Quantos ſaþe vorat tenuis Cominifſio ſumptus,
Quot corruptrices illa requirit opes.
Quid via? quid uestes? quid diverſoria poſcunt?
Quid famulus? guttur, venter, amictus, equus?
Non eget hiſ Ubiæ p̄ſens legatio ſœcis
Illa rei medium, defiſcentis habet,
Legatio Vbia ad CæſareM eIVsqVe Iter
atqVe VblqVe gesta.
Hac lege quisquis amas ſolitas divertere curas
Invenies riſu plurima digna tuo
Auxefia fugio que ſunt certissima ſcribo
Sint procul à noſtriſ falſa etata metris.

LegatorVM offICla qVæ In VIA à qVo-
VI sérVanda.

Discite Legatos & in ipsis mera videbis
 Quisque suum munus quid peragatur habet
 Hic faber , hic sartor , eoriarius atque cremati
 Venditor , atque opifex hie manualis adest
 Si soleis viduetur equus , pater ecce Cyclopum
 Qui soleas reparat , Schurman equilis erit.
 Ut bene fit stomacho præbebit Kramer adustum
 Hic distillatæ Caupo peritus aquæ.
 Nudatam nē bruma manum vel frigus adūrat ,
 En chirothecas Saxo parare potest.
 Si teritur vestis nova vestimenta ministrat
 Mestborius panni tonsor , amator acus.
 Calceus ut nullis , ocreæ neque copia desit
 Fossa dabit corium W esthoviana suum.
 Cætera quæ defunt Cavajack supplere paratus ,
 Quidquid emit græca solvit id omne fide.
 Ecce quot & quantos parit hæc legatio fructus
 Quæ sibi sufficiens , esse vel una potest.
 Non opus est famulis , famulos legatio nescit ,
 Est herus , est famulus quilibet ipse sibi.
 Quisque suum curat vestit nutritque caballum
 Sic cum sex famulis sex numerantur Heri.

Apostrophe eXCLaMatio atqVe hypo-
 tepecsIs à Vate InstItVta De Vblo.

O! pudor ! ô ! claræ quandam grave dedecus urbis !
 Intam servilem degenerasse statum.
 O! si de duro (prosapia mortua) a pugno ,
 Si veter antiquæ surgeret urbis honos.

a Hartfaust.

Si

Sic caput *b* auratum , Rubeo de *c* stipite *d* Cervus,
e Panthaleon *f* Speculum *g*, Silva *h*, Corona *i*, Pavo,
 Si quam Trajanus misit, Romana videret

Nobilitas urbis, fata vicemque suæ.

Mox super injecto tegeret sua lumina velo

Et metamorphosin fleret in uibe novam,

Fleret projectos ad mendicabula fasces

Extolli famulos plangere, fleret heros,

Fleret Agrippinam furum nunc esse rapinam,

Fleret ad arbitrium singula plebis agi.

Fleret in innocuas furiis agitantibus ædes

Plebis avernales profluisse pedes.

Fleret ad inustam cogi soa stemmata mulieram,

Quæ quia sic voluit plebs fera, danda fuit.

Fleret patritio viduatam flore Seratum,

Omnia barbarie, nil ratione, geri.

Et quis aquas oculis præcluserit Heraclitus

Cum videt hæc, nemo quæ sine bile videt.

Cum videt exilibus viduatam civibus urbem,

Cum scelus in primo conspicit ire gradu!

Cum desperato peragi videt omnia sensu!

Consiliis nullum cum videt esse locum.

Cum Legatorum violari jura, ministros

Cæsaris explodi scommia minasque pati.

Cum neque iussa Dei, neque Cæsaris aula rebellis

Commoveat, imperii cum nihil ira potest!

Quando profana sacræ sacrataque mixta profanis

Hæresin expulsa relligione fovent.

b Guldens Haupt / *c* Rothstab / *d* Von den Hirschē/

e Panthaleon / *f* Von den Spiegelē / *g* Vom Waldt/

h Von der Cronen / *i* Von Pfauen.

Sunt familia Romanorum quæ venerunt Coloniam & Tro-

jano promotore hanc urbem supra 1300 annis gubernarūt.

Quis cordi gemitum lachrymas quis deneget ori
 Salsaque cui madidas non riget unda genas.
 Cūm clausas monitis electoralibus aures
 Cūm video patulas furibus esse fores;
 Cūm tibi subjectos Leopolde per omnia cives
 Conspicio mon tis nolle subesse tuis.
 Cūm tua vel /perni vel iniqua vel irrita credi
 Fulmina contemplor, lugeo, ploro, gemo.
 Quæ cano, vera cano, mendacia, passio, rumor
 Est trias, à nostris tota remota metris.
 Quæ cano vel vidi, vel si non omnia vidi
 Vera tamen, quamvis non mihi visa, scio.
 Atque uti am facti speciem verique per umbram
 Possem, qua vellem dexteritate loqui.
 Iuro datus celerem perfrieta colonia pœnam
 Tœna foret gladius, furea, catasta, rotæ.
 Non traheres Leopolde moras, cita jussa volarent
 Iustitiae sapiens exequenter opus.
 Intrusus fugeret rapta de sede senatus
 Exciperet pulsos curia leta patres.
 Omnia temporibus condigna prioribus irent
 Majestas ubiis prima rediret agris.
 Plebs pacata foret, belli fine turbine civis,
 Flamma per effusas emoreretur aquas.
 Seditio rueret procul acta rebellio staret
 Exul ad Euxini littora nigra freti,
 Lector amice brevis fuit hæc digressio, fluxum
 Quem natura dedit, sistere musa nequit.
 SeX Legati rIXantVr ob præCeDenti M
 In VIa.
 Nunc age, legatos ubia de sece colonos,
 Atque Colonorum discussiamus iter.

Vix portas trabeata Cohors vix liquerat urbem,

Cum de primatu lis gravis orta fuit.

Esse characterem dicebat hic omnibus unum,

Hinc omnes fieri conditione pares.

Ille: Senatori primas ait esse reliquias,

Nec sese juri cedere velle suo.

Tertius : ast ego sum, quem nota l' centia primum.

Judicat hunc nostrum respicitote gradum,

Tres reliqui contra : nos plebs legavit , ab illa

Tota Senatorum Curia jura capit

Nil gradus ille facit , latiaeque peritia linguae,

Ille praedit populus , quem praefisse jubet.

Des poticum cessat regimen , plebs una gubernat,

Hanc penes est , Ubiæ summa caputque rei.

Nos de plebe sumus , Dominos agnoscite vestros ,

Cedite vel captum rumpere praefstat iter.

Futilis haec longum tenuit contentio tempus ,

Qui socii vellent cedere , nullus erat.

Quilibet insistit capti s , clamoribus implent

Aera , verborum fulmina multa volant.

In gyrum volvuntur equi , fortuna quod enses

Non stringant , pugnos hinc tamen inde vibrant.

Lltis lltis Compositio ratiō eqVltanDI In-

gens qVqVe naVsea.

Tandem composito sequitur concordia bello ,

Ut Legatorum sint in honore pares.

Nil nisi coniuncto decernant nomine , passim

Se vocent Dominos , norma sit una togæ.

Una sit unius reverentia corporis , unus

Sensus , mens , ratio , gestus & unus amor.

Quisque suam pergit cum pl. usu ludere scenam

Se monstrant Ubios reque animoque viros.

Hæc ubi dicta : suos stimulis agitare caballos
 Incipiunt , risum quis tenuisse queat.
 Pars solito gressu , pars vult equitare solutim
 Pars at in alta suum surgere cogit equum.
Altera pars cohibet , pars altera laxat habenas
 Plurima pars tremulo corpore curva sedet.
 Hic latus in dextrum propendet , at ille sinistrum
 Hic nescit stupidi figere posse pedem.
 Ille canit : patri sit gloria , gloria nato ,
 Inclinans monachi more modoque caput.
Ceu forceps i[m]postâ sui , ceu simius urso
 Sax in iumento sic sedet ille suo.
 Subsiliunt , nutant , manibus pedibusque vacillant
 Fæmina sartores diceret esse meros.
 Unus vix mediæ spatiū confecerat horæ
 Cùm varia pressum parte remittit equum
 Alter ait sternax meus est & calcitro , vitæ
 Certus ab hoc patiar mille pericla meæ.
 Hic quid consilii ? nostra hæc equitatio multos
 Post hanc non poterit sustinuisse dies.
 Jam modo postremo sum guttute faucius isti
 Insed esse meæ non erit artis opus.
 Si modo me rictus , si me modo nausea vera
 Post aliquos soles heu ! mihi qualis ero ?
 Non , non , non equito currum magis eligo , currus
 Plus exoptanda commoditatis habet.
 Has inter reliqui pergunt equitare querelas ,
 Sed Bonnam tenebræ noxque venire vetant ,
 Hinc bene lassati , rigidi quoque corpore , tergum
 Compluti patria non procul urbe manent .

Lega-

LegatorVM DiscVrsVs ratlone statVs
sVI VbII.

Nos sumus oppressæ jussi succurrere plebi
Pressa diu nostrâ plebs revivisceat ope.
Nos sumus exulibus terror, fulmenque malorum,
Per nos dante polo, spes inimica ruet.
Nos male contentæ diffregimus arma cohortis,
Et desperatas fecimus ire vias.
Mobilis ad nostros stat prompta Colonia nutus,
Cùm consultatur nos sumus Achitophel
Nos ea nos facimus, quæ non fecerè tyranni,
Omnis abest, quæ nos vis, odiosa, premat,
Est bonus Elector, stomacho valet ille potenti
Concoquit, & crudos digerit ille cibos.
Immemor offendæ, vix novit stringere ferrum.
Hinc mala vix unquam, quæ tineamus, erunt
Cæsar in Ubiacam quæ fulmina projicit urbem
Utibz obreptitias sustinet esse minas.
Hinc nos Cæsaream missi properamus ad aulam
In populi partes possit ut aula trahi.
Nec medium deerit, medium consistit in auro,
Aurum si loquitur, jura coacta tacent.
Novimus amissas auri sine pondere causas,
Et male nummatis juta nocere viris.
Est Dea muta themis, soli responsa dat auro,
Hoc ubi deficiens est, Dea muta filet.
Æmula non poterit nostrum vis vertere currum
Aurea nam currus robora noster habet.
Nec licet haec essent, quem formidabimus? ensem
Cæsaris? Augusto nullus ab ense metus
Non dum pannonicum desævit ille per orbem,
Totus ab illata glade futurus hebes.

Atta-

Attamen in nostros Ubiorum credimus actus,

Vix immiscendas Cæsar is esse manus.

Quæ Trevir Elector, quæ Dux Neoburgicus urgent,
lant Sæcæra verba, polos verba ferire solent

Terrentur pueri (trepidantia corcula) verbis

Non cadit in fortæ, cor puerile, virum.

Jussa quis enumeret? mandata quis omnia narret?

Cæsar is ad nostras missa subinde tribus,

Legatus monuit clam sæpe, palamque rogavit

Ne mera verba forent, addidit ipse minas.

Verba inimisque viri secura Colonia sprevit,

Cur? quia verba minæ, verba minæque manent.

Fulmina Cæsareæ non sunt penetrantia dextræ,

Dum feriunt, pereunt, vulnera nulla parant.

Adde, quod hæc Ubiæ nova controversia causæ,

Non sit Cæsareo res agitanda foro.

Nos ea discutimus quæ discutienda putamus,

Nos sumus imperii liber in urbe status,

Puniat ut nocuos sunt privilegia plebis,

Jus acquisitum tollere nemo potest.

Cæsar agat, quodcumque lubet, nos nostra tuemur

Jura, nil juris Cæsar in urbe tenet.

Non est in terris quæ nos regat ulla potestas

Subjicimur soli qui regit astra Deo.

• gesta DIVisorI In qVo prMa noCte

fVerVnt seX LegaI.

Ingressi stelida cum maiestate tabernam,

Heus aiunt Dominos, excipe Caupo novos.

Nos sumus angustum quos urbs lunata Viennam

Mittit, amice, graves hos venerare viros

Quidquid habes appone, cibos, & vina ministra,

Nostra quod exsolvat pera sat æris habet.

Feru-

Fercula nec nobis desint, nec avena Caballis

Ne timeas, merces te memoranda manet.

Legati VbII Cœnant eorVM triþVDla à Vate
tangVnt Vr.

Hæc Rabulae plenis dum Narrant ludrica buccis,

Caupo suas infert, quas dedit olla, dapes.

Res erat arcta domi, panis niger, ova butyrum

Caseus (an batavus nescio) verme scatens,

Potus erat tenuis, cervisia digna Colonis

Vina rupella nota vix melioris erant.

Quidquiderat, Cynicam sapiebant omnia mensam

Mappula nulla, schyphus terreus, obba patens.

Ore vorant avido, super expatiantia lambunt

Ova, manus, digitus, pectus & ora madent.

Pars super aggestum comedit cum pane butyrum

Plura sed ille sibi postular ova dari,

Sat fecisse suo vix turba famelica ventri,

Ingenitam potuit vix satiare sit im.

Insultant Cantant, vivat legatio clamant

Incipit à rubro quisque calere mero.

Stat domus in plenos resoluta subinde Cachinos,

Fit plausus manuum, fit strepitusque pedum,

Dimidiata consumpta fuit nox ebria partem.

Nunc erat, ad requiem quisquis, eamus, ait.

Tollitur esca loco, removetur mensa, paratur

Lectus, is è veteri stramine lectus erat

In male compositum mox porta cetera grabatum

Insilit, assuevit sic cubuisse domi.

Ducit hic immanes pleno deguttare ronchos,

Ad ronchos motæ contremuere trabes.

Huic gravis eruëtat de posterioribus aer

Territus hospes ait; jubiter ecce tonat;

Tertius

Tertius inclamat: sitio da capo falernum

Quartus: quam celer est, hic meus inquit equus
Dumque suum se forte putat stimulare Caballum,
Ignoiat socii se feruisse latus.

Hic nova stramineis oriuntur prælia campis,
Læns & ipse suos aptat ad arma pedes.

Nec decerat qui se submersum somniet undis,
Heu! clamat pereo, fer mihi frater opem.

E vigilans omni madidum se corpore sentit,
Nec mirum, locius minxerat, inde mador

r IXæ novæ & ControVersIæ LegatorVm Debblito VIno.

Personata novæ cum sole cadavera surgunt,

Quisque viæ proprium vestit & aptat equum.
Ante tamen quam jura petant potatur adustum,

Pars matutinæ quotidiana sitis.

Sed dum symposium, dum quæ sunt debita, solvunt,
Fit de potato lis odioſa mero.

Scurrarum facinus, supremum dedecus urbis,
Amphora, fors bellii, dimidiata fuit.

Contendant verbis, veniunt ad verbera, ferrum
Stringitur, & strictum frangitur ecce furor

Ecce viros quisquis lurcones dicere, mavult
Non errat, nondum depuduisse pudet.

Longa tamen tandem facit indignatio finem
Ut finem facerent rusticus author erat.

Hic sibi vicinas cum circumcinxerat ædes
Cauponi auxilium turba datura suo.

Eripunt fractos hi contend. ntibus enes
Abstinuisse malo, vel periisse jubent.

Pars quoque legatos delumbatura præustos
Ac bene nodosas Corripuere sudes.

Sic Legatorum tandem gravis ira quievit
Et male suscep^{tum} continuatur iter.

Veronæ si Ve bonnæ DeLegatI IngreDIVntVr

Des Lignel spIrItVs In pLatea rhenI.

Dum Bonnam veniunt obeunt equitando plateas

Miratur Dominos territa Bonna novos.

Hospitium querunt Rhenana platea tubulcos

Ligneus expositus spiritus hosce capit.

Dilabuntur equis, ocreati limina scandunt,

Signa per ampla suæ rusticitatis edunt.

Hic deridendus duplex se præbuit actus,

Quem siluisse nefas culpaque magna foret.

InqVIrVntVr aC eMVntVr noVI gLæ

DII.

Fractus in hesternis rixis erat ensis, & enses

Querunt an possit tradere bona novos.

Dicunt esse virum, gladios qui vendat, is ergo

Cum vario properansē vocatus adest.

Principio petiere breves, ait anglus, hic ensis

Plus nimis brevis est, tolle domumque refer.

Apportes alios Legatis talibus aptos,

Supra communues nos volitamus aves.

Audiit, atque domum gressu properante revertit.

Quosque habuit pretio de meliore tulit.

Hospitium ingreditur, Dominos adit, explicat enses

Consuetudo geri quos hodierna cupit.

Diversi generis, diversæ monstrat & artis

In cunctis aciem, quam decet, esse probat.

Hic aderat cuspis, romphæaque vincita doloni

Hic nullus veru pungere docta fuit.

Hic nullus deerat cerni qui debuit ensis

Nec tamen hic mycro, qui placuisse erat.

Ut prius brevior , sic alter longior æquo ,
 Sartorum similes fert levis ordo scias
 Ita Macherophæa , tuos sat vidimus enses
 Non emimus nobis , non placet ullus eas.
 Hoc irritatus : urpi mercator ab aëtu
 Aut emite , aut nullus liber abibit , ait.
 Sum puer major , scio quidnam vendere possim
 Suadeo ne litis sitis origo novæ
 Electoralem discatis nosse ministrum
 Discite conceptis , abstinuisse dolis.
 Est pro ut esse decet non est defectus in ense
 Furcifer est , gladium qui negat esse bonum.
 Vos ine quæsistis , jussusque accedere , veni ,
 Hæc via pro vobis ter reagenda fuit.
 Quid mihi vobiscum ? cum servio servio , lucrum
 Ut possim loculis conciliare meis.
 Hinc volo per paucis quæ sit resolutio dici ,
 Otia longa meæ , non patiuntur opes.
 Dixit : & intremulos regerit nova fulmina trunços ,
 Ni solvant , diras & mala mille sovet ,
 Quid facerent ? Ubia lecti de fæce stupores ?
 Cogitur allatam solvere lixa sicam.
 Nec minus insumpto merces datur æqua labori ,
 Amphora Rhœano plena bibenda mero.
 Non poterat pretio meliore bipennifer enses
 Vendere , sic stolidos ludificasse decet.
 AD Venis eX InstInCtV borII pVLsan-
 tVr tyMpana.
 Lætior hanc primam sequitur mox altera scenam ,
 Stabat præsumta mensa parata viris.
 En tibi præsidii Bonnensis tympana miles
 Portat , ab excubiis , libera quotquot , erant .

Illud

Illud adornarat factum *Borr* notus in aula

Cursor & ingenii ludificantis homo.

Hospitium subeunt, feriuntur tympana, rauco

Plena sit ipsa domus plena platea sono.

Quid sibi legatus stupefactus ab hospite querit

Quid sibi tam varia tympana tacta manu?

Id Legatorum fieri respondet honori,

Hæc datur eximiis gratia sola viris.

Est bene, cum sociis *Sax* assurgendo reponit

Est bene, Legatos nos honor ille decet

Tympana pulsantur, detur pulsantibus haustus,

Quantum cuique placet sumere, quisque bibat,

Dixit: & extractum loculis dat *Saxo* ducatum

Miles agit grates, tympana laxat, abit.

Vix ea contigerant Bonnæ, mox fama per aulam

Spargitur, Elector, sed minus acta probat.

Nec modo tam stolidum vehementior improbat a^{qua}rum

Sed quoque mulctari militis aula jubet.

Namque omnes quotquot pulsarant tympana, totum

Impositos asino vidit in urbe forum.

Discessus LegatorVM ex Vrbis Vero-

nensIs territorio.

Interea vacuos postquam jejunia ventres

Deseruerat, cohors Ubia scandit equos,

Prospiciunt eives, cernunt equitare colonos

Qui viderat risu se tenuisse nequit.

Ereditur phaleratus eques, bonnainque relinquit,

Opprobrium juveni ludibriumque feni.

Se quocunque ferunt, vestigia talia linquunt,

Tempora que tollent nulla, nec ulla dies,

Ingrati veniunt, oculis digitisque notantur,

Dum veniunt, vox est prima, rebellis adest.

Sæpius occlusæ stant accendentibus ædes,

Scilicet est notus semper ab aure lupus.

LegatI VbII eqVitanDo pefVenlVnt fran-
CofVrtVM.

Quæ Francofurti sint verba vorat e coacti

Cognita littoribus sunt ea mœne tuis.

Nec maledicta cohors celebrem festinat ad urbem,

Hoc specimen pœnæ cernet in urbe sua.

Hæc etenim similes urbs prævaluisse rebelles

Vidit, & in propriam vidit abire ne em.

Ausus erat *Vettmilch* exauhorare Senatum,

Jungitur huic *Gerngräss*, fit scelerisque comes.

Tertius accedit sutor *Scop*, quartus *Ebaldu*s

Quintus *Adolph* cantor, *Geis capra* sextus erat.

Aucta suis crescit perjura rebellio membris,

Non erat innocuis tutus in urbe locus.

Omnia turbatis aderant contraria rebus,

Stabat ad accensas urbs tremebunda faces,

Plebs semel excussis plane furibunda catenis

Ibat ab humana vix cohibenda manu.

Curia prescriptum lugebat abesse Senatum

Civica lex pedibus trita premiebat humum,
Francofurtensi *Vettmilch* peragebat in urbe.

Quod nunc *Gulichius*, *Sax* reliquique patrant.

Cæsar ab incepto monuit deflectere cursu,

Jussit & in veterem cuncta redire statum.

Non satis est monuisse semel, monet ille secundo

His monitis ternas adjicit aula vices.

Optimus invenit Pharaonica pectora Cæsar,

Itur in antiquam, qua placet ire, v am.

Pergitur, armatas animant in vulnera dextras

Ut penetrent *Gerngräss* tela dolenda dolet.

Scop

Scop acuit quoque fætor acum, mortemque minatur
 Nescius exitio cuncta favere suo.
 Accumulata diu tandem censura repletur
 Cæsarea veniunt fulmina missa manu.
 Percutitui Vettmilch libi propola, feritur
 Gerngrass, in reliquos par quoque fulmen agit.
 Quæ sine labe stetit potiori parcitur urbi
 Credula perfidia, spes animusque cadit.
 Paret Cæsareis urbs tandem territa jussis
 Capta sed ad turrem turbæ rebellis adit.
 Nec mora, dat meritæ pœnam pars maxima culpæ,
 Vettmilch supplicii primus amara subit.
 Præcisus primis digitis caput enle feritur
 Truncus at in partes quatuor iectus abit.
 Est caput infixum palo, pars cætera portis
 Scop, Gerngrass simili disperière modo.
 Tres reliquos paulo mansuetior abstulit ensis
 Nam sua corporibus terra relicta fuit.
 Culpa quibus fuerat minor, his minor ira pepercit,
 Quisque tamen facti pro gravitate luit.
 Pars talit exilium, pars est admota catastæ,
 Pars doluit tergo stigma inusta suo.
 Pars virginis cæsa est, pars solvit carcere noxam,
 Sic est mulierandis lux data tota reis.
 Hæc est insanæ memoranda catastrophæ plebis
 Omnis in authorem res male cæpta redit.
 Apostrophe aD LegatVM saX eIVsqVæ qVI-
 nos Insignes soC. os.
 Sax quid ad hæc dicas? Francofurtensis quando
 Hæc legis acta tuim cotib; nonne tremit?
 Nunquid id est speculum, quo vestra rebellio finierit
 Inspexisse suum perniciemque potest.

E;

Len-

Scop

Lenta quidem superum venit indignatio duram,

Attamen extendit cum venit ista manum.

Cæca cohors redeas, & ad spectacula sensus,

(Ni periisse velis) sæpe refleæte tuos.

Satnoxæ scelerisque datum, resipisce, rebellem,

Exue, legitimo subjiciaris hero.

Sicuti pax veniet, sic intestina quiescent,

Bella, querela, dolor, luctus & ira cadent.

Sax iterum moneo retrahas à vulnere dextram

Certa stat in manibus vitaque morsque tuis,

Terga propinquanti subducere posse periclo,

Hæc est prudentis cautio magna viri.

Irrita verba cano, nec Saxo, nec assecla fuream,

Quam cæpit nemesis justa, parare videt.

Promovet incepturn legatio perfida cursum,

Quo-sed cunque venit dedecorata venit.

Nullam prætereunt populi sine risibus urbem

Concutitur rixis quæque taberna novis.

Hærixæ litesque viam tenuere per omnem,

Donec in optato contigit esse loco,

seX VbII proCeres attIngvnt LIntz Vg.
beM DanVbI.

Lintzia Cæsarea sedes tunc temporis Aulæ,

Imperii vastum sola ferebat onus.

Sed quia sufficiens urbs non erat omnibus, urbes

Cæsaris in varias aula remissa fuit.

Consilij proceres Weltz, urbs vicina tenebat,

Huc asinis gravidos Lintzia misit equos.

Ergo characteris nulla est reverentia nostri

Siccine Legati nomen honosque jacet.

Cur non Augustæ ducemur ad oscula dextræ?

Cur precor alloquium Cæsaris aula negat?

Legati sumus Imperii, nos libera misit

Urbis, ea Legatos gratia jure decet.

Talia tum querulo grex ejicit impetas ore,

In Weltz nec viso Cæsare molestus abit.

reMltVntVr In Weltz aC IBI IVs stV-

Dent a Vro per Vertere.

Huc ubi perventum, studium fuit omnibus unum,

Causa patrocinii staret ut aucta bonis.

Plurima promittunt, loculosque manusque perungunt

Inveniunt causæ non mala fulcræ suæ.

Inveniunt aptas ad opercula quæque patellas

Invenit & modicam res seabiosa manum.

Nil est tam sanctum, quod non corrumpitur auro,

Auro paupertas religiosa subest.

Urbis inauditos quisnam clam s'overit ausus

Quis tam damnosæ causa sit una moræ.

Dicete parco, viri quia nolo lacefcere manes,

Sit satis ad patres hunc abiisse suos.

Scit s'uisse virum, quem sola pecunia cæcum

Reddidit, in reliquo lynxoculatus erat.

Cernimus excelsas etiam nutare columnas

Nummus ubi capitur, fortia quæque labant

Dicere plura vitor, satis est, quod ubique rebelles

Quæsierint donis vertere jura suis.

Millia nummorum, vini quoque plastra dederunt.

Ut possent cæptum constabilire scelus.

Sed frustrata tuo mansere rebellio fructu

Munera, pro læsa parte stetero poli.

Sit quæcunque licet, raro mala causa triumphat,

Nunquam peccator gaudia magna videt.

poeta VblVs eX aVstrIx terrIs regreDI-
tVr CoLonIam.

Desero Legatos, Ubiana redditurus ad urbem
 O! urbs! O! propriis incineranda rogis,
 Nostra sed invitæ redeunt in carmina musæ
 Nam gemit ad miserum mæsta camœna statum
 Horreo funestos orbi producere casus
 Queis vix posteritas est habitura fidem.
 Est Mimigardiaci memoranda tragœdia civis,
 Princeps Leidanæ quam male lusit acus,
 Sed fuit unius rabies tolerabilis anni,
 Ubiacus superat jam modo lustra furor.
 Annus præsentis vix octogesimus ævi
 Cœperat ecce suum protulit hydra caput
 Crescit & augetur, messes quoque quinque voravit,
 O! utinam, sextam dum vorat hydra, creper,
 Q[uod] Vare InVitVs poeta DIV hanC par-
 teM noL VerIt proseqVI.
 Sæpe quidem volui, calatum tamen usque retraxi,
 Nec potui cœptum continuare metrum,
 Causa fuit duplex : Ubii gravis ira popelli,
 Plebis in immites nolo venire manus.
 Causa secunda fuit, quia, quod nos cœpimus , alter
 (Quis sit is ignoro) continuavit opus.
 Non tamen id vidi, quamvis vidisse juvaret,
 Forsan & hic me um quod vereatur habet.
 Gaudet quod solus non sim qui vulnera tango,
 Quisquis ^{es} in tragicum perge tonare scelus.
 Perge tuam nostro venam junxisse labori
 Quæ mea prætereunt, hæc tua metra canant
 Omnia quis novit ! non omnibus omnia dantur
 Non est unius scribere cuncta viri.

Ab-

Absens saepe fui, saepe informatio metris,
 Deficit ignorans & supprimere gesta rei,
 Publica quæ fuerant, quæ decantata notavi
 Ut possem metris inservisse meis,
 Pars tamen hæc nostra fœundior altera musæ
 Quæ pars neglexit prima, legenda dabit,
 Hic intestinos ab origine natro tumultus
 Et quinquennalis semina pando mali.
 Non fuit unius tam flenda tragœdia *Gulich*
 Pars instrumenti prima sit ipse licet,
 Ambitio primi posuit fundamina motus
 Regnandi varios decipiebat amor,
Mulheim quid multis fuerit molitus ab annis
 Quisquis es arcani conscius hocce icies,
 Causa rebellantis populi fuit altera livor,
 Urbem quam livor possidet illa perit,
 Livor & ambitio socii duo, quando regendis
 Uriibus admotissimis sunt, mera bella fovent,
 His at avaritia si se conjunxerit ardor,
 Pernities ubi plena timenda venit,
 Hæc trias, hæc ubiam fera pessima perdidit urbem,
 Non opus exemplis sunt ea nota nimis
 Ambitio fasces peperit sibi, livor ademit
 Ardor avarus opum sed mala plura tulit
 A tribus his quantas est passa colonia clades
 Quanta nepotismi damna paravit amor.
 Quantus ab invidia crevit dominante c. rastes
 Quis? qui non isto vulnus ab angue gerit?
 Ast auri damnata fames & inunctio dextræ
 Nunquid principium seditionis erant? (quæstus)
 Hinc dolor, hinc lachrymæ, gemitus, hinc murmura,
 Hinc conspirantes in nova damna tribus,

E s

Hinc

Hinc plebs insurgens, præscriptio Consulis, ortus

Hinc mala quæ passa est urbs habuere suos.

Hæc paucis tetigi nunc ordine cuncta resumo

Atque ad propositum me modo verto meum.

MonarChia antiqVæ Vrbis Vblæ eIVs-
qVe LaVDes.

Ordior à primo, sed per compendia, paucis,

Ne crambem recoquam, faða nefanda cano.

Illa per Antipodem celebrata Colonia mundum,

Ausonii quondam prima columna throni

Partus Agrippinæ, latiis regnata monarchis

Imperii culmen, lux, decor, umbo, salus.

Filia bellona, viætrix residentia martis

Gloria Trajani deliciumque ducis.

Inter Teutonicas urbs unica nobilis urbes

Libera Romani jura potita fori

Nullo pressa jugo nulli subiecta tributo

Relligione nitens, conditione potens.

Cæsareæ latiæ perlucida gemma coronæ

Nata sub Augusti legibus una stetit.

Cæsar is una fuit crescens, sub Cæsare mansit,

Cæsar is & summi fida ministra Dei.

Urbs erat & bellum sedes legumque palæstra

Urbis nec inepta togæ nec minus apta sago.

ConCors AgrippIna VblorVM aristocratIa sIVs

oLigarChiCa hoC est Inter Viros paVCos.

Illa bicornigeri lunata Colonia Rheni

Ut fieret, Romæ par in honore suæ.

Per primum vila manfisse monarchica sæclum

Cæsar is à nutu pendula sola sui.

Postea patritiis Romana ex urbe vocatis,

Cæpit ob illustres altior ire viros.

Hic ter quindeni clara de stirpe nepotes,

Civibus eximiam contribuere decus.

Tunc

Tunc nova majestas, splendor novus obtigit urbi
 Roma erat è Roma visa migrasse sua;
 Dixilles junctos Curiis venisse metellois
 Aut qui de Fabio sanguine Itemma trahunt,
 Hos Tyberitana missos ex urbe Dynastas,
 Hos de patritia stirpe domoque patres
 Trajanus nerva factus post funera Cæsar
 Discendens regimen jussit adire novum.
 Atque prius factis, penes hos stat summa potestas
 Agnoscit Dominos urbs renovata suos.

regIMInIs hViVs ValDe fortVnatI frVCtVs.
 Autea florebant tunc tempora, nulla premebat
 Pauperes, misericordia nullus in urbe locus.
 Quisque suos sine lite lates habitabat, & unus
 Cives in fracto fune ligabat amorem.
 Emula Romani, civilis Curia fastus
 Juris erat patrii, justitiaeque tenax.
 Ignorabatur, quid crux, quid equulus esset,
 Quem Nemesis posset plectere, nullus erat,
 Liber & immunis sua quique negotia civis
 Curabat, nullum terga premebat onus.
 Qui datur & roties datum est centesimus cheu!
 Nummus, is ignoti nominis ales erat,
 Nulla sodalitiis Angaria, nulla tributi
 Mentio, tutu fortis omnia, tutu domi.
 Nulla Magistratus violentia nulla tyrannis
 Consul erat pastor, plebs erat instar ovis.
 Strinxerat unanimem pax & concordia citem
 Dicitur urbs nunquam nobiliorque fuit.
 Iste gubernandi tredecim per secula ritus
 Urbs Agrippinæ non sine laude stetit.
 DeMoCratIA popVLi VbII à teXtoribVS sta-
 tVta,

Tandem patritii, textorum turba Senatus
 Fit satur, & regimen vultque petitque novum
 Nobilitas de jure negat, quod gratia divi
 Cæsar, & Superum fatu dedere decus.
 Surdus ad hoc textor binas rationibus aures
 Obstruit, & precibus, quod nequit, ense parat,

Corri.

Corripit arma furor dubio pugnatur utrumque
 Marte, suas partes non male textor agit.
 Instant patritii, plebeja sed agmina palmam
 (Semper enim numero prævaluere) ferunt.
 Nobilium preslus victusque per arma senatus,
 Plebis in arbitrium clade coactus iit.
 Latio, in truso sit curia civis, triumphat
 Textor, & illustres ejicit urbe viros
 eIVs effeCtVs pessimi InDe Leges eVerse, pa-
 trii II transfixi origo.
 ereCte noVæ trIbVs tVMVLtVs VarII &
 seDitlones.
 Mox evertuntur veterum fundamina legum,
 Patritiis rapiunt jura, novantque statum.
 Namque sodalitiis suppresso nomine, civem
 In his undenas distribuere tribus.
 Quælibet aut unum, vel binos pluraque plures
 Vota senatores per potiora creat.
 Idque fit assiduos bina vice semper in annos
 Moris id in præsens urbs hodierna tenet.
 His non absimiles videre frequentia motus
 Sæcula, non miror, plebs nova semper amat.
 Vidiimus innumeros, ubi plebs dominatur, abusus,
 Cæsus ubi cæcum ducit, uterque cadit.
 Ubia mutatis postquam res publica rebus
 In varias abiit, seditionis vias,
 Erigitur pactum, quod dicitur unio, civis
 Ut civi sociam præstet ubique manum,
 Tum quoque transfixum nova regula cuditur urbi
 Regula pragmatica robora legis habens.
 Id de Cæsaribus, qui confirmaverit? omnes
 Deblaterare quidem, nemo probare potest,

Post

Post factas tribuum classes, domitosque dynastas,
 Cornua sunt Ubio crescere visa gregi.
Atribubus jactant totum pendere Senatum
 Quod placeat, id solas posse jubere tribus.
 Debeti totam plebi cum clavibus urbem
 Jus inquirendi civibus esse datum.
 Esse Magistratum plebis tribuumque ministerium
 His sine (ni plebi sint rata) posse nihil.
 Inde graves orti cum sanguinis imbre tumultus
 Hinc capitis penam plurima turba dedit.
 Sed neque Consulibus rabies plebeia pepereit
 E variis testis *Rexitus* unus erit.
 Cum semel excessit, quid plebs non impia tentat
 Jura nihil, ratio nil valet, ira praedit.
 Sed quanto Schythici steterint ea facta furoris
 Urbs ea narrari si petis ecce canam.
Rexitus q*Varium* ConsVL ab Vrbe se-
 Dito sa ense fer*ItVr.*
 Postquam patritios nativo jure Senatus
 Exuit urbs regimen, non sine cæde stetit.
 Visa etenim quodvis plebs insanire per ævum,
 Mille probas scelerum perfidiæque dedit.
 In quo quoties rubore theat: a cruento
 Ubia quanta necis signa lecuris habet?
Rexitus en quartum felici sydere Consul
 Vir nec honoris egens, vir nec amore carens,
 Consilio præstans, bonus indole, plebis amicus
 Nullus avaritiae quem vitiarat amor.
 Communis quem Cura boni studiumque trahebat,
 Civica, cui semper pax in amore fuit.
 Consul hic in minimo vix deliquisse notatus
 Plebis inexperto cæsus ab ense cadit.

Nulla

Nulla relicta fuit defensio nulla dabatur
 Causa, nec auditum plebs rapit atque necat.
 Sic periit consul, sic hoc cum consule plures
 Temporibus variis, interiere viri.
 Scilicet hoc ubiis proprium fuit atque remansit
 Sanguine civiles saepe lavare manus.
 Non tamen impunis fuit illa tyrannica plebis
 Actio, digna rotis, actio digna rogis.
 Cæsar is hæc etenim postquam devenit ad aures
 Cæsar is Austriacus maxmilianus erat.
 Exemplum jussit statui, quo territa post hac
 Plebs, mage mansuetus disceret ire gradus.
 O! Urbs cæca tui recoquunt hæc cruda rebelles
 Frustula pro stomacho frustula lauta bono.
 His doceare tuos post hac compescere motus
 Præcepis ira boni, nil peperisse solet.
 Vrbs agrrippina IDEo à Cæsare non absq; ve sensu
 eXempLarIter pVnIta. *

CaDaVer xelII exhVMatVr & Iterato
 sepeLitVi.

Terruit hoc ubiam decretum cælaris urbem
 Mox inficta tamen pena ferenda fuit.
 Prælegitur tribubus decretum, lecta probantur
 Omnia decreti sed tenor ille fuit.
 Consulis effossum terra referatur ad ædes,
 Funus, & inde suæ restituatur humo.
 Ipse Magistratus *Brigida* comitetur ad ædem
 Cumque Magistratu civis honestus eat.
 Consulis exequiis urbs tota tribusque parentent,
 Qui-modo cunque potest exhibeat honor.
 Cæsar is acturum plebs paruit ubia jussis,
 Dedacenstumulum funus ad usque suum.

Nec

Nec
 F
 Add
 M
 Fus
 N
 Apo
 Guli
 U
 Acci
 A
 Falco
 E
 Iura
 Pe
 Offi
 C
 Omni
 A
 Sit li
 N
 Hæc
 V
 Men
 N
 Nud
 Ef
 Bella
 M
 Hæc
 Q

Nec satis id fuerat, iussus succedere patrī

Filius, admissus consul ab urbe fuit,

Addē quod ingentem dedit urbs pro crimine multā,

Maxima cujus adhuc pars relienda manet,

Fusius hæc cecini, sed præmittenda fuerunt,

Notitia nostri pro meliore status.

Apostrophe ad GVLICHIVM hVIVsqVe sena-
tVs seria reprehensio.

Gulichius crebras repeatet ubique querelas,

Ubica cancrino repere cuncta gradu,

Accisas populi vires, & ad ima redactas.

Ad paucas regimen degenerasse domos,

Falces nunc fieri proprios, regnare colos,

Exitio cunctas non procul esse tribus.

Iura nepotismi jam prævaluisse, nec ulli

Post hac majoris spem superesse gradus.

Officiū si forte vacet præcedere tervum

Consulis à solo consule cuncta dari.

Omnia jam nummis vendi plutoque litaris,

Antiquis nullum legibus esse locum,

Sit licet ipse cato fie: i non posse togatum,

Ni sibi per nummos straverit ille viam,

Hæc & plura suo *Gulich* pro more per urbem

Vulgabat, motus res ea mira dedit.

Mentitur nebulo, teatus latet anguis in herba

Nunquam feralis gaudia cantat avis,

Nuda quod exhaustos porent araria nummos

Est vetus antiqui te nporis ille dolor.

Bella patrum, tribuumque frequens discordia, multa,

Miles & innumeris pensio danda locis,

Hæc nos cancerinos faciunt formare cothurnos,

Quod tua ter nequam lingua seelestè fileret.

Mentiris

Mentiris quoque, communem periisse Senatum,
 Et rem per paucos fraude doloque geri.
Hic tuus est astus, quo credula pectora vulgi
 Nitent incasiles prolieniſſe tuos.
Plebeis juncti, prima de classe, togati,
 Portant unanimi pondera cuncta manu
Nil soli faciunt, communibus omnia votis,
 Quæ deciduntur, vel statuuntur eunt.
Fatitium regimen periit, quod civicus olim
 Evertit, mota seditione, furor.
Facta quod obtrudis venalia munia numinis
 Non nego nam veruin forsitan id esse potest.
Unus non placeat! cur vis plectentur ut omnes?
 Unius labes haec fuit una viri.
Si tu quem vetito levis angela fune ligavit
 Uretis & lenæ tostus es igne tue.
Anne ideo tria tota tribus patietur? & omnes
 Innocuos similes dixeris esse tibi?
Ecce tibi duodena cohors sanctissima fratrunc
 Hos inter Judas proditor unus erat.
Nunquid Apostolicus culpabitur inde Senatus
 An malus è Judæ proditione Petrus?
Esto quod aut Consul vel de Quæstoribus unus
 Sit visus don's muneribusve capi,
Esto quod oblitus sit quæ juraverit urbi
 Temporis haec vitio facta fuisse scies.
Deliquerit Consul, non quod delinquare vellet
 Sed quia credo bona fecit id omne fide.
Forsitan id à variis prædecessoribus actum.
 Viderat, hinc similem cœpit inire viam.
Fecerat antiqui præscriptio temporis usum
 Talis nil unquam eriminis usus habet.

Usus

Uſus at hic regeris , nunquam benedicitur uſus

Nam ſuit & vetitus ſemper abuſus erit.

Tranſeat id fuerit moſ hic , velut inquis , abuſus
Hunc tamen hand fuit hoc fas abolere modo.

Puniti poterat debebat & ante moneri

Hoc qui präcautum forte patrarát opus

Aut ſi prämonitus nolleſt refiſire , tenaci

Arripienda fuit digna medela malo.

Attamen haud licuit totum de ſede Senatum ,

Tam d eſperata präcipitare manu.

Vox vetus eſt uſus , maneat , tollatur abuſus

Innocuoſ nocuiſ non ſociateſ decet.

Nunc ad te Gulich redeo dic impie , cauſam

Anne quod adverſuſ nos moveariſ habes ?

Quod ſi quereris , de te priuſ ipſe querariſ

Gulich . Agrippinæ mox Catilina tuꝝ.

Te domuſ umbrarum noſtriſ hiſ protulit annis ,

Ut facereſ pluteſ in nova buſta faceſ.

Caudatum cœli monſtruum , novuſ ille cometes ,

Ille tui ſceleriſ teſtiſ , & augur erat.

Quiſ paſtam per te ſtrageſ , quiſ in acta referre

Quæ tu , quæque tui , daſna dedere , poſteſt ?

Sitibi millenaſ vita tua fat : dediſſent ,

Millenaſ etiam promeruere neces ;

Excedunt omneſ tua grandia crimiña furcas ,

Nulla eſt ſupplicio fat nota iuſta tuo.

Tu Scytha ciwilis , tu ſanguiniſuga cruoriſ

Progenies Ubii propudiouſa ſoli.

Vipera buſytis perfricta fronte proeueſtes

Pectore , cui Mariuſ ſylla ſub ore ſedet.

Tu niſi morpereas Reſpublica noſtra peribit

Eſt tua vita pudor mortua noſtra ſaluy.

Acta non LICita CrIMIna a VtioCratia VloLentia
 & tyrannis gVLIChIana à Vate enarratVr.
Quo tua prorupit nunquam satianda tyrannis
 Quod thrax horreret nunquid id ausa fuit?
Exspoliare domos , animare in funera cives ,
 Defunctis requiem p̄spediisse suam.
Motibus è propriis triplicem pepulisse Senatum ,
 Turribus inclusos attinuisse viros .
Urbis supremos exauthorasse tribulos ,
 Exauthoratis substituisse novos .
Exonerare suis æraria publica nummis ,
 In nova perjurias furtæ fovere manus .
Justitia dare terga , malos extollere , fidos
 Perdere , brutalem plebis iniure viam ,
Quod placet amplecti , completere timoribus urbem ,
 Fœdera suspectæ custodere posse notæ ,
Cæsareas ridere minas , explodere bannum ,
 Flectere si nequeas astra , movere stygem ,
Jura profanatis evertere legibus urbem
 Urbis & antiquam prostituisse fidem .
Hæc agis hæc solus geminante trifurcifer aedes ,
 Hæc tua sunt Gutlich gesta ? quid ? esse negas ?
Esse probat protocollum , probat esse Senatus ,
 Mille probas scelerum plebs tibi prompta dabit .
Es fur , es prædo , peculator es urbica pestis ,
 Es latro , oppressor , raptor , hirudo , forex
Grandis es impostor , perjurus , ubique rebellis ,
 Catneus es dæmon , corde leæna sedet ,
Quis canat iliace , mala quæ Paris intulit , urbi
 Tu novus heu Paris es , sed mala plura paris .
Perfide , mendaces post hac minus evoine ructus ,
 Quærens perfidiæ pallia ficta tuæ .

Die,

Dic, latum vulgi regimen periisse, sepultum
 Jus patriæ, mendax totus es atque manes,
 Cum tua te rabies, & anhela cupido regendi
 Duceret in veritum, quod modo fervet opus,
 Consulibus quando fasces rapuisse voluptas
 Summa erat, & cordis gloria prima tui,
 Quando nec electum, nec ad hoc pro more vocatum,
 Curia te membrum ferre coacta fuit?
 Quando tuo ductu commissio spurca, Senatum
 Compulit e voto vota dedisse tuo.
 Primus ut audires germani Syndicus oris
 Quæ sententiret num fuit una tribus?
 Nulla fuit, tu solus eras, cui cuncta licerent,
 Tu poteras & adhuc his graviora potes.
 Quem cupis, hunc adhibes nullum removere veteris.
 Ad te cunctorum sunt, veniuntque preces
 Nil sine te populus, sine te nihil ipse Senatus,
 Ad tua si Consul jussa vocatur, adest.
 Ad tua festini properant mandata ministri.
 In manibus plebem præstigiator habes
 Vix nosti teneras primo de limine musas,
 Es stupor & cœbro (res docet ipsa) cares.
 Nil stylus in scriptis, fatuum tua lcripta revelant,
 Ne decor in lingua, lingua venena vomit.
 Nulla tibi praxis, nisi continuata tyrannis,
 Est tua furtivo praxis arare solo.
 Multa quidem cecini, sed per compendia dixi,
 Nec tuit intenti dicere cuncta mei.
 Occulta tantu n volui proponere technas,
 Quem misere plebem falcinat ipse tuam.
 Arctatum quæstitur regimen, solusque gubernat
 Inter consentes Jupiter ipse Deus.

In quibus accusat veterem sine labore Senatum
Primis in his *Gulich* permanet ipse reus.

GVLICHIVS InstIgarVs Vrget Debere
fletI inqVIslIoneM.

Ad paucos regimen Dominos abiisse gemebat,
Crescenti medium sed superesse malo.

Fiat, ait, fiat celer inquisitio, civis
Urget in propria fiat ut illa tribu,

Hinc, mala quæ latitant pleno cum sole patebunt
Hinc quoque multorum spes moriendo cadet.

Res agitata diu, tandem concluditur, isti
Gulichius robur gaudet inesse dolo.

Gulichium stimulat quidam non nomine *Consul*,
Et clam, consiliis auxiliisque juvat.

Sæpius has repetit de nocte frequentior ædes,
Ut nova quæ tribubus sint referenda, sciat.

Hic vir adhuc censor, spe *Consul*, forsitan uno
Consule vindictam sumere, certus erat.

Nam cum de gremio tunc temporis ipsem et esset,
Consulis extinti quando vacabat honos.

Vidit, & infremuit, fasces sibi jure negari,
Et eorū vali *Krebs* erat esse datos.

Ast aliquot voti factus post tempora compos
Nuper & accepti vulneris usque memor,

Supplantatori, quia fert occasio, virus,
Oretamen cholera dissimulante parat.

Gulichio, melior quia non erat uitur ille
Pergit & accensum folle fovere rogum.

Latius at flammam cum spe crevisse videret
Poenituit facti sic sapuere phryges

Cursus hic est mundi tegitur sub inelle venenum,
Ore Joab fratrem basiat, ense necat.

Ore

Ore precamur ave , cacodæmona corde fovere

Mundus apī similis pungit & ungit apis.

VLICH IMport Vnltate sVa obtInet qVoD petIt
& Vrget à senatV.

Ast importunis *Gulich* conatibus instar

Acta Magistratus discutienda monet.

Invidiam post se , quia res odiosa , trahebat ,

Postulat adjungi Curia cauta tribus.

Ex cunctis aliqui junguntur , jungitur illis

Gulichius , tacite ridet , & intus ovat.

Fit *Judendunckus* director in omniibus unus

Scriba *Hesselmannus* puncta notanda notat.

Impavido *Gulich* miros creatore tumultus ,

Director ; querulum mandat abire virum.

Discedit rursumque redit , sua fortius urget ,

Urget ut incepturn deproperetur opus.

Ter rediens , ter jussus abit nova scommata fundit ,

Inque Magistratum ceu fera torva furit.

Rejicitur , positisque minis dare blanda jubetur

Verba , sed æthiopem Syndicus urbisque lavant.

Per se per sociosurget cunctasque fatigat

Ut prompte veniant in sua vota tribus.

Vult sibi committi conjunctæ nomine plebis

Omnia , totius vult caput esse rei.

Pars tribuum munita suis decreta sigillis

Tradit , & acta viri seditiona fover.

Quæ dare detrectant , attentatisque resistunt

Gulichii , hos valida vique manuque premit.

Firmatas tribuum cistas serasque recludens

Tradere quæ renuunt sponte , sigilla rapit.

Ex hoc *Gulichius* multo cordior ibat

Ad libitum quidvis non satiandus agens.

EVstra VIro prorsVsqVe grāt^Is Conanc
tVr æMVL Ista p̄ap D̄re.

O Ubii tunc tempus erat , ratioque petebat ,
Ut scelerum prægnans opprimeretur homo.
Sed quia tunc timida (vix audio dicere) damæ
i t clavum imbellis obtinuere viri.

Quos timor anxietas est vana pericla regabant ,
Quæs tenera in nimio stabant amore cutis ,
Hinc male compositum rupit fera bestia suum ,
Sævitiaeque suæ tot documenta dedit.

Onus in propriam tardans urbs lenta salutem
Credenimis longe sunt mera damna moræ
Quem post strinxisti , debebas protinusensem
In tam barbaricam mox acuisse feram.

Deicapitata nequit nocuisse rebellio Montmuth
Id docet interitu te satis ipse suo.

Principiis obstare decet veterana cicatrix ,
Eradicari de cute nulla potest.

In tam fatali nulla est clementia casu
Qui scelus hocce fovet , se facit esse reu[n]y .
Quid genio ? suspiro patriæ lacrymabile fatum ,
Patria quæ in casses seque suosque trahit.

Ducitur in eerram , neque vult agnoscere , mortem
Poenaque cum jaceat , se cecidisse negat ,
Fulmina missa videt , nec fulminis effugit ictum .
Perdidit heu sensus urbs moritura suos.

Est in Caucasiā , mutata Colonia rupem ,
Duritiem Circe Gulichiana dedit.

Hunc omnesprensant & ab hoc magnete trahuntur
Plebis hic insanæ cor animumque rapit.
Exempluta debimus , quod læcula cuncta stupescunt ,
Et cui par nullus vidit in orbe dies.

VRO-

Vroris ac tyrannidis Vbiæ VIVa eXeM-
pLa.

Hic caveat emissus leo trux, sine lege tyrannus
Frederet, & ore rogos ceu catapulta vomit.
Quæ cecinit mea prima metri pars, illa relinquo,
Hic expilatas vidimus esse domos.

Innocuos varie pressos & carcere clausos,
Vidimus excussas vi mediante seras.
Vidimus expulso tribubus sine crimine cives,
Vidimus effractas pluribus esse fores.

Vidimus effuso conspersum pegma cruore,
Facta ea sunt Ubii quotidiana Getæ.

Plus ultra rabies hac Gulichiana volavit
Unicus, est, omnes qui trepidare facit.

Gulichii quondam socius director, ab urbe
Cessit, & est variis jam vagus erro soli.

Hesselmannus habet completi mœsta laboris
Præmia, Doctorum muta corona tacet.

Cronenbergiaens dudum sua lumina clausit,
Wolffskelii Bonnam funus & umbra premit,

Kreps quoque se morti subjicit, eumque sequuntur
Plutes exilii quos mora longa rapit.

Briochius est inter dictos, Verhorstius, Honthens,
Wischius & Beyvveg omnia tutatiment.

Abjecit prudens Degroot in tempore fasces
Ut posset domui consuluisse suæ.

Quotquot Gulichii possent fregisse furores
Officiis moti nil nocuisse queunt.

Quisquis adhuc superest timor hunc leporinus inermem
Reddidit, atque sibi qua valet arte caret.

Qui modo sceptræ gerunt vel qui sunt membra Senatus
Omnia que Gulich præcinit illa canunt.

Hinc salit atque suam veneratur hic Attila sortem

Quod nullus fracto restet ab hoste metus.

Inter tam multos non est qui comprimat unum

Hanc quis non pœnam dixerit esse Dei.

VarII DoMinI ab ViBe sIne CaVsa eXV-

Lantes.

Mappius & legum gnarus plebisque tribunus,

Omnibus à læta vir gravitate placens.

Integer absque dolo, sinceri cordis amicus,

Cæfareo semper junctus & ipse choro.

Cur rogo? cur patitur? cur exul ab urbe recessit.

Cur est perpetuos iussus abesse dies?

Cæstis id fecit commissio, dura tyranus

Hanc laudasse viri culpa scelusque fuit.

Hanc admittendam placido licet ore locutus

Jussus in exilium nec revocandus abit.

Quid notæ, virtutis homo? de nomine clatus

Cujus avus mira vir gravitatis erat.

Consulis hac pia progenies quid *Mylius* egit?

Debeat ut patriæ linquere testa domus?

Quid Schriftz Principibus charus, legumque peritus

Wenzeler & parvus crispulus ille senex?

Inculpatus homo bonus *Imbsterath* ecce quid unquam

Fecit ut & pœna debeat esse comes?

Dic mihi quid sceleris commiserit *Imbsterath* inquam

Per quem nec lœsus (res ea certa) puer.

Doctorum promotor *Huigen* & Syndicus urbis

Inscius actorum, labo doloque carens.

Pulsus ab officiis multo cum *Cuseman* ære

Si cure non vellet, facta negata, luit.

Quis non est passus, quis non ad iniqua coactus

Liber ab hoc Æbio quis nebulone fuit?

Dum

Dura stetit ad rhenum cornuta **Colonia** vidi

Non peperit similem , feria canto , virum.

**MVL Cræ à DIVeisIs VIls VI ex.
tortæ.**

Æger erat **Bahlen** , mulctam solvisse jubetur ,

Dum paulum tardat solvere miles adest.

Ingreditur , complectque dornum yexaque ministros

Potat , edit , dormit , quæ vider illa rapit.

Post octingentos plebi numerare daleros

Cogitur ut vacuam possit habere domum.

Consulis **Hovelii** conjux , post mortem mariti

Funera , quod **Gulich** polcit ad illa negat.

Nec mota : Cæsaream lugens appellat ad Aulam

Gulich at , aut solvas , aut spolieris ait.

Scurrat ad prædam promptus nutumque tyranni

Exspectat , viduæ pectus & ossa tremunt.

Non ita quæ proprio fuerat bene tecta cubili

Ungue sub accipitris rapta columba gemit ,

Non sic agna lupum non sic lepus ora molossi ,

Cer timet hæc Ubium scemina tristis aprum

Surgit , **Gulich** as tota anxia tendit ad ædes ,

Fit supplex , lachrymis jungit & ipsa preces.

Sed quo se vertat ; bis centum & mille daleros

Dum dare concludit libera clade manet.

Quid de Banneriis vulgo tribuumque Magistris ?

Quid de mulctatis hisce referre juvat ?

Backhausen medicus , **Gudman** , **Beill** , **Muller** & **Hengens**

Inter pictores **Freundt** coriphæ tuos .

Eller , **Schmitz** , **Hittorff** excepto nemine mulctas ,

Non tamen , ex omni parte dedere pares .

Cur dare cogantur , nil dicitur , una voluntas

Sufficit , hæc omni præ ratione valeat .

Vates LVget qVod AgrippIna eX Inte-
 gro faCta fVerit affir Minata.
Horresco, quoties te cæca Colonia cerno
 Lingua stat ad varium muta tremensque scelus
 Unus homo totam subigit terroribus urbem
 Quod nimis est multus millibus unus agit.
 Unus confirmat ~~negat~~^{rexit}, immutatque Senatum
 Uaum que reprimat vis quotacunque negat.
 Sunt tot in urbe viri linguaque opibusque potentes
 Erravi, tota nullus in urbe vir est.
Discesser^e viri, mera ferina possidet urbem
 Hinc nequeunt unum tot superare virum.
 Viribus hinc animisque cadunt & rata, verentur
 Hinc suspecta fides, pallidus inde timor.
 Atque utinam cunctas inter Jael una resurgat,
 Quæ Sisaræ sopian transladigatque caput.
 Ah utinam fatuæ novus Harden Radus urbi
 Floreat aut Ubius Greinius ille leo.
 Res confecta foret, queretque rebellio Gulich
 Morderet patriam decapitatus humum.
 Dlifferentia Insignis abrogat senatVs atqVe per
 GVLICHIVM InstVsI.
 Inter ea Justi patiuntur, & omnia passim
 Interunt, furtis ostia quæque patent,
 Desperata tuam nondum vis cernere cladem!
 Nondum vis oculos urbs aperire tuos,
 Sublatum tribuum regimen populique vetustum
 Justi præceptum te doluisse scio.
 Te tuus impostor **Gulich** de. ep t, averno
 Dignus, & omnigenæ jam data præda neci.
 Hic tibi perlausit, quod privilegia plebis
 Certo animam nisi mox subveniatur, agant!

Quan-

Quando prior rexit, quem sustulit ille, senatum
 Orania regalem tunc iniere viam.
 Tum sua quæ tribibus sunt debita jura manebant
 Legis & est patiæ nec violatus apex.
 Si quis (ut humanum) levis intercurreret error,
 Huic data per lenem grata medela manum.
 Nulla senatorum discordia, curia doctis
 Semper abundabat tempus in omne viris
 Cernebas Dominos dixisse esse catones
 Respectu, facie, voce togâque graves
 Iustitia servata bilanx injuria nulli
 Facta, nec oppressus civis inopsque fuit
 Ast modo quis status est! status est miserabilis, illo
 Nescio quis posthac tristior esse queat
 Non est jam regimen, sola est Confusio, solum est
 Oppletum te: ebris, & sine luce chaos.
 Respectus ~~perit~~, non est reverentia legum,
 Transfixi ratio nulla, nec ullus amor.
 Transfixum solo prætendit nomine *Gulich*
 Quis numerum, quoties transgrediatur, habet.
 Fœdera transfixi vult sacrosancta teneri,
 Nec de transfixo servat iota suo.
 Conculcat pedibus leges, asinique senatum,
 Ut regat ad libitum solus, ubique replet.
 Fascinat abieptam si&is novitatibus urbea
 Knipperdoltingus credo reversus adeat.
 Est mimigardiacæ res tota simillima scenæ,
 Plebs ubi Westphalicum credidit esse Sions,
 Anabaptistæ Monasterio Westphali & quibus ab
 his sVnt gesta desCrlbVneVr.
 Rex novus à Leida dictus Leidianus, ad omnem
 Natus, Nutritus, compositusque dolum.

Per-

Percata baptistas populi vitiaverat aurem
 Qui lapsum cælis est ratus esse Jovem.
 Ille novus David, novus hic Rex atque Propheta
 Quam traxit forti credula corda manu.
 Devia turba suum non sic idolon adorat
 Perpauci verum sic coluere Deum.
 Eligit electos vicina per oppida mittit,
 Ad sua signa virum quemque venire jubet,
 Si renuant, punit, gladium quoque stringit, in illos
 Qui sua detrectant subdere colla furit.
 Quotquot sunt, omnes jurant in verba Prophetæ.
 Quæque negaret amor, cogit ad illa timor,
 Facta stupenda patrat Dominus novus urbis & orbis,
 Stabat ad hunc tellus obstupefacta virum,
 Attamen haec subito ceciderunt cornua cau,
 Sæcula quæ numeret rara tyrannis habet.
 Urbs obseissa diu tandem vi capta furoris
 Meta fuit, captus Rex sociique duo.
 Calcibus & pedibus Rolman contritus equorum
 Supplicii pœnam præmoriendo tulit.
 Rex per ludibrium varias deductus ad aulas
 Unde erat eductus vincetus ad illa redit.
 Hic tandem justæ fertur sententia mortis
 Non tamen ad morreni mors erat una satis.
 Uritur ignita nudatum forcipe pectus
 Hujus ab amplexu brachia bina gerunt.
 Corripit haec forceps plantas uritque lacertos,
 Quæ retigisse potest, fligmate membra notat.
 Desperata trias læto subit omnia vultu,
 Muscitat, & tacitos fundit ab ore sonos.
 Pixatas ferri caveas tres poena locarat,
 Ut posset tumbam quisque videre suam.

Nudatos manibusque suis post terga ligatos,

Trudit & in caveam lictor abire jubet.

Ad lambertinæ turris sublime trahuntur

Quam sedet excelsa Rex novus ecce throno!

Ut tamen à sociis rex dignoscatur, utroque

Altior è summo vertice spectat humum,

Paulo infra bini(duo nomina falsa) ministri

Præsidium regi dant laterale suo.

Knipperdolings dextram, *Krechtersque* sinistram

Insidet horrendæ victima lenta necis.

Corpo e nam nudi varioque liquore peruncti

Quæ mala sint passi, nemo referre potest.

Vidiles densas volitare per agmina muscas,

Hisce culex, culici juncta volabat apis.

Infestant, pungunt, mordent, latus, ora, lacertos,

Nulla salus miseris omnis adempta quies,

Hos inter gemitus, inter suspiria durant

Atque trahunt animas funera viva suas.

Sæpe mori cupiunt, mors implorata negatur.

Sic plures abeunt non moriendo dies.

Donec ab injectis varioque dolore perempti

Tandem finitis succubuere malis.

Sic anabaptistæ cæloque soloque rebelles

Præmia criminibus digna tulere suis

Exempla novæ gubernationis & rebellionis

hoDlerne Inter Iniquos agricultores.

Hæc mimigardiaci mors est finisque tyranni

Exitus haud melior Gulichianus erit.

Gulichius, Sax, Mesthovius trias impia) nunquid

Westphalicæ triadis facta pudenda refert

Et si scribendis mea musa sit omnibus impar

Quæ tamen ex cunctis suis potiora canam.

Aud:

Audistis triplicem motum de sede senatum,
Factio substituit gulichiana novos.

Nullus quotquot erant, consulque nec ipse manebat,
Fascibus haud paucos invigilasse pater.

Hac tamen ambitio reliquis fuit anla ruinæ

Dumque etiam sperant, prospeta cuncta cadunt
Quem fidum credit *Gulich* sit in urbe senator

Spem nemo nisi sit Gulichianus habet.

Infatuat plebem, subitam spondetque medelam
Quam falso spondet, nulla medela venit.

Leidano similem nunquid bene dico prophetam

Gulichium? factis, fraude, doloque patem?

Nulla quies homini quævis per compita currit

Prædicat & legis, præco fit ipse novæ,
Illud idem socii faciunt ut ibs tota repletur

Nomine transfixi vox ea sola tonat.

Vox ea transfixi decimo vix cognita civi

Nunc est fœmineæ fabula prima colus,

Res abitin pejus resonat clamoribus aer,

Spes concepta uit, qui sapit, ille ract.

Bannerii elingues funi, votisque jubentur

Inter collegas abstinuisse suis.

Læsorum nullus, vitæ subiisse periculum

Ni velit, est ausus de nebulone queri.

Cæsareus suadet, mittit quoque jussa, minister,

Ut revocent veteres ad sua jura patres,

Frustra agitur, neq; tuasa movent, neque jussa retardant

Quæ semel est cæptum pergitur ite via.

Quæ nova Cæsareæ commissio venit ab aula

Urget, ut ubi ac perstet in urbe quies,

Omnia Cæsareis *Gulich* contraria votis

Ut mos illius fert, perculanter agit.

Quod

Quod subreptio commissio venerit ausu.

Spargit per Cunctas absque pudore tribus,
Sed contra pars magna negat, censetque tenendam,

Id firmat propriâ millia bina manu.

Nec mora: plebejam rabies nova concitat urbem,

Gulich dæmonium flammeus ore refert,

Quotquot legato se subscriptâ citantur

Ni veniant, fisco subjiciuntur opes.

Ponitur in penam nūnīmū centesimus, ultro

Quem dare si tenuant, præda sit ipsa domus.

Si cupis exemplum, dabimus de millibus unum,

Funereos viduæ Purz age cerne lates.

DoMV^s pVtzlana IVbente GVLICH^{Io}

cbr VI^t Vr.

Hie quæ barbaries liquit monumenta videbis

Hic cernes sicolæ facta tremenda manus.

Excisum rectis plumbeum, confracta supeilex,

Dificiles motu, surripuere trabes.

Ille pavimenti decor & nitor, ille quadratus,

(Quo domus hæc scitur strata fuisse) lapis,

Hic quoque sublatus, variasque avectus ad ædes,

Et vix dimidio venditus ære fuit.

Cætera quid memorem, domus hæc fuit una potentum

In qua quod quivis expetiisset, erat.

Cella redundabat vino, conclavia fastu

Copia frumenti maxima, multa caro.

Omnia diripuit rabies, nullique pepercit,

Qualiscunque foret scica vel uida rei.

Multa dalerorum transcendit millia damnnum

Millia si tredecim dixero, vera loquar.

Hæc domus haud unquam minimæ sibi conscia labis,

Plebis inaudito sit nova præda modo.

Nil allegatur lex pars nec ab ante monetur
 Nulla querela præit, jussa nec ulla citant
 Non liber est supplex, defensio nulla, nec ullus
 Est index, faciem cuncta favoris habent.
 Prævia nulla fuit tententia, prava voluntas,
 Heu dolor! unius sufficit una viri!
 At si vel minimos æraria publica fructus
 Hinc caperent, forsitan levior ira foret.
 Sed quia scurra sinum, quia proletarius arcas
 Implet & à furtis seque suoque beat,
 Quod tribuum scabies, populi quod sperma, quod iri
 Progenies tantas depopuletur opes!
 Quod modo vestitus tyrio procedat amictu,
 Cujus vix poterant ante regenda tegi.
 Quod peculatores tot sint queis publica nunquam
 Id quamvis similent est in amore penus.
 Quod nunquam saturos foveat tot curia fures
 Queis aliena tenax est rapuisse labor.
 Temporis id nostri nimis est lachrymabile fatum
 Major hic est omni crede dolore dolor.
 Sors eadem tetigit mœstas ex-Consulis ædes,
 Consul hic est *Henthum*, tensit & ipse malum,
 Sensit & ingemuit cum damna recentia vidit
 Quæ vidisse viro mors nova pene fuit,
 Quanta sit in granis passus, jactura falerni
 Quanta sit, ignoro, plurima rapta scio.
 quis causam dederit, consul sciet ipsem et illud
 Non est officii commemorasse mei.
 Suspectum teauit consul tristissimus unum,
 Suspicio solida fors ratione caret.
 Est misero proprium rebus tribuisse creatis.
 Quæ sunt à justo lata flagella, Deo,

Con-

Consul hic Ex. Consul modo fortunatior esset

Contulit oblatum si renuisset onus.

Sæpe sed in propriis fallit prudentia rebus,

Decipiuntque graves splendor, honorque viros,

stillbeInIVM & RoDenkIiChen poeta serlo hortac-

tVr ne faVorIbVs Vrbis abiIpI se sInant.

Et unaufragii timeas discriminina Stilboin

Nam nimis in propria mens tua laude natat,

Teque Rodenkirchen moneo, quia multa videbis,

Quæ fors exitium sunt paritura tuum.

Quando Bedellus eras, melius tibi splenduit astrum

{ nunc fulget stella, sinistra notat

{ Nunc surgunt culmina, lapsus erit,

Quæ tibi { jam nentur stamina, funus erit.

{ cantantur carmina, lessus erit.

{ cantantur gaudia, luctus erit.

{ jam florent lilia, fœtor erit.

Quite jam recreat partus abortus erit.

Emendicatos tibi suadeo ponere fasces,

Tempestas capit i stat modo facta ryo.

Fascibus abjectis, academica sceptra resumas,

Tutior hoc poteris stare Bedelle gradu.

Inconstans populi favor est, cito donat, & aufert,

Elevat & casu mox graviore premit.

Wolffskeel ab antiquis patrum natalibus ortus

Deque coronato nomina monte gerens.

Kreps legum Doctor, cano venerandus ab ore,

Cöllen delicium civis, & urbis amor.

Degroot dives opum, prudens & criminis expets,

Verborif perclati laus & idæa viri.

Hi sex Ubiaci, decus atque corona Senatus,

Quos vigiles patriæ vista savere boyo.

Hi tamen ejecti pulsi , variisque gravati ,
 Quos retulisse pudet , suntque manentque modis .
 Aut præscindendas binas cum naribus aures ,
 Aut sua subscribi dura petita volunt .
 An non Consulibus sunt hæc extorta duobus ?
 Non cano figuratum quæ cano , vera cano .
 Testis erit *Beyuegh* , testis quoque *Wischins* , illi
 Narratis poterunt addere plura meis .
 Broich pariter Consul factus sibi plurima fixit
 Gaudia , sed paucos illa stetere dies .
 Exauthoratus quæ damna subiverit *Hontkum*
 Ex enarratis cuique videre licet .
 Cerne *Rodenkirchen* cernas *Stilbeinie* ? quanta
 Quam fragilis populo sit tribuenda fides ?
 Fecit id in viridi tua si plebecula ligno ,
 Stilbein in arenæ quæ facienda putas ?
 Si sapis ancipi tñ nimirum ne crede favori ,
 Sol solito radians fortius imbre tumet
 Bis tibi sunt binis sibi succedentibus annis
 Delati fasces res ea rara fuit .
 Ne nimirum blandire tuae *Stilbernie* sorti ,
 Nondum postremum fata deuterè diem .
 Quod scis , esse tuis prædecessoribus actum ,
 Illud idem fieri mox tibi posse , scias .
 Si *Meinertz hagen* Consul quia sorte sciebat ,
 Hinc voluit fasces deposuisse suos .
 Hinc nulla potuit *Mulheim* ratione moveri
 Civibus ut veller jura deditisse suis ,
 Cautus ab hac scabie tenuit quoque *Schnitzeler* unguis
 Servavitque suas purus ab igne manus ,
 Hos quoque *Braun* quando fuit alpernatus honores
 Tunc illi nasus rhinocerotis erat .

Id nisi tu facias tua pœnitet , acta sequetur

Deus ut vanus sit meus ille timor.

Sed vereor , vereor , ne sim verissimus augur

Es Stilbein proprii tu faber ipse mali.

Ambitio te cæca trahit , te calcar honorum

Coneitar , est morbus , nolle subesse tuus.

Per varias praxes , per seismata civica , Consul

Factus es , illa tua spes erat una domus.

Turbatis gaudes Stilbein pisearier undis ,

Anguillam cauda tu sociusque tenes.

stilbeIn rationes sVas qVas habet ab

aVro atqVe peCVnla DesVMit.

StilbeIn forte suæ plebem non defore cause ,

Se confirmatum fors in honore putat ,

Nostra Viennensi quæ lis agitat in aula ,

Hæc ait in sicco stat modo ruta vado.

Quid male contenti facient sine viribus hostes !

Hi calamo pugnant , nostra sed arma favent .

Hic favor aurato suffultus robore , quemvis

Expugnat , Samson sit licet ipse , virum .

Mitratos reperit spes & res nostra patronos .

Nil timeo ? regimen præstat ovatque novum .

Causæ vincuntur , quæ dona per ampla reguntur

Curtus ut instar avis provolat , ungg rotam .

Uncio presbyteros , eadem facit uncio Reges ,

Nil bene causidieus , ni sit inunctus agit .

Uncio euncta potest , melius manus uncta laborat ,

Janua , quæ non est sæpius uncta , gemit .

Perdita nostra foret , nisi causa peruncta fuisset ,

Cum date jura negant , ungito , jura dabunt .

Ratiōnes st̄lbeInJanæ ab aVro sVMptæ
 f VnDIvS Conf VnDVntVr.
 Non opus est St̄lbein nobis ut talia jactes,
 A sociis eadem sparsa fuēre tuis.
 Heu dolor ! heu lachrymæ ! non te pudet illa fateri
 Quæ sunt opprobrii pars quoque magna tui ?
 Nost̄i jura tuis quare tu vim juribus infecis !
 Justitiamque dari, cur sine lite negas.
 Si tu, sique tui, qui pinguia nostra vorasti,
 Si vos, qui nostras dilapidasti opes.
 Si vos Cælareum numinis violare tribunal,
 Sistere justitiaz si potuisti opus.
 Cur post erecti nuperima fata patroni,
 Invenit clausas unctio vestra manus.
 Cur scelerum socius , *Sax* cur *Westborius* aula
 Cæsaris exclusi se retulere domum ?
 Cur reliqui quatuor simili de classe beani
 Propitios nequeunt obtinuisse polos.
 Omnia tentarunt cœlumque soluinque moventes ,
 Mansit ad injustas surda Vienna preces.
 Dona spönderunt , scriptis mendacibus aulam ,
 Compleveré, fides sed data nulla fuit.
 Scribebant avide nova gaudia s̄epius urbi ,
 Sed quæ scribebant gaudia , luctus erant.
 Omnia quæ poterant pulsabant ostia , cause
 Possent patronos ut reperire suæ.
 Manserunt clausæ fungis pulsantibus aures ,
 Nulla domus scurris quæ patuisset erat.
 Hicce quid opponis tua dic ubi munera ? juri
 Queis nostro remoram te posuisse putas ?
 Heu ! male cœpisti , retrahas tibi suadeo gressum
 Hoc gressu ad certam progrediēre necem.



Vir

Virga parata jacet, scelerum quia terminus instat
 Si lapsis ad primum te revocato gradum.
 Electoralem semper mansisse ministrum
 Utilior domui res erat illa tua.
 Ast audire negans debet sentire, memento
 Verbi post modicum tempus amice mei.

IDiotæ UbI DlScDVnt ex
VVeLs.

Postquam Westhovius cum Sax discedere jussus
 Ex Weltz in patrios acceleravit agros.
 Cœpit ad interitum mala currere causa superstes
 Subiectitur variis turba quatenus probris
 Ridetur, subsanatur, fit fabula vulgi
 Hæc sunt, quæ semper lucra ebellis habet.
 Hic tider gestum suggillat at alter amicorum
 Nullus non aliqua labe notatus abit.
 Lecto amice tibi paucis vis omnia dici,
 Rem seriemque rei, quæ fuit acta, dabo.
 Venerunt asini crassi redire stupores,
 Adversum Boreâ flante cucurrit iter.
 Nil patrocinium nil protestatio juvit,
 Nil corruptrices per nova dona manus
 Quem posuit laqueum, foveam quam fecit, in illam
 Ipsem est lapsus, Dii voluere, dolus,
 Quæ decreta semel commissio prima remansit,
 Hinc explosa domum turba Colona redit.
 Sic abiit frustrata suis legatio votis,
 Promover exitium res mala ponte suum,
 Dumque abeunt furtim (nullo advertente) recedunt
 Forsitan infecta re rediisse pudet.
 Forsan & occultum vitæ timuere periculum
 Conscia mens scelerum cuncta timere solet.

reDV Ces stVpores falsIssIMa Inter Vblos VbiqVe
spargVnt.

Spreta quid in reditu legatio fecerit , illud

Me latet , at rumor plurima mira refert.

Illa securum pandet tamen omnia tempus ,

Quæ nix alta tegit Sole micante patent
Pleni tristitia , pleni rancoris abibant ,

Stabat ad hoc ingens lingua ligata probrum ,
Sepius hinc pressis frendebant dentibus , omnis

Jam decollatam spem cecidisse boni.

Exhaustos loculos & perdita cuncta dolebant

Atque à pernitie non procul esse sua.

Ad proprios postquam fungi rediēt e penates ,

Cordis amaritatem dissimulando tegunt.

Nil nisi quæ vulgo norunt , fore grata loquuntur

Perfrictæ causa se cecidisse negant.

Plurima confingunt mendacia plebis ut iram ,

Possint sollicitas & cohibere tribus .

Quæ revocata novo jaceat commissio jussu

Factaque quod populi Cæsaris aula probet.

Quod male contentæ prior in formatio partis

Vileat , & propriæ sit nocitura curi.

Hinc plebs fumatur , solitoque potentius urget ,

Et sua servari jura vetusta cupit.

Itut in antiquam methodum , phaleratus habendas

Laxat ad imperium rancor & ira volant.

gVI IChIVs In Vrbe Vbla non Venit Vr

IDeM spargere.

Scit Gulich quid decreti rerumque geratur ,

In deplorato cuncta seit esse gradu.

Attamen hunc dextræ novit celare dolorem

Et quod corde sovet vulnus , id ore tegit

Nar-

Narrat Cæsareis quæ sunt contraria scriptis,

Quæque necesse foret dicens verba , tacet,
Utque suum pergit nebulonis ludere lusum,
Dognata dat cholerae continuata novæ.

Nunc hunc nunc alium vexat . gravat , opprimit , angit
Persequitur , mulctat , damnat , ab urbe fugat.

Hunc vider & laudat plebs excœcata furorem
Quidquid agit , populo cogitur esse ratum.

Nec mirare virum quod tanta potentia firmet ,
A jure nam summo robur id omne tenet.

Hi secere novum de mercatore Prophetam

Rider , quis risum continuuisse queat ?
Rideat ut mecum lector mysteria pando ,

Fila trahens anui quæ modo narrat anus
Sæpius audivi , fictum tamen esse putavi

Quæ tamen eventus vera fuisse dedit,
Sed quia res digna est , quam postera tempora norint
Narrabo sancta , gesta pudenda , fide.

NICoLaVs eVLICH eX anCILLA propria
sVscItat angeLVM.

Gulichins famulam noctuque diuque fidelem

Et fibi morigeram , cum fuit ardor , habet.

Illa maritalis thalami spe plena , procantem ,

Voce , manu , gestu , Dalila muleet herum.

Laudat ubique virum , deprædicat acta , Prophetam

Nominat à Superis cœlitibusque datum ,

Admiranda palam non effutire veretur

Transcendunt omnem quæ prope diæta fidem ,

Angelus ad lectum semper comitatur euntēm

Angelus , ut noctu non tremefiat , adest .

Spargit ab hoc semper quæ sibi facienda moneri ,

Nocte repentinæ sapientia facies.

Esse virum , multis cui tota Colonia saeculis

Non habuit , nec post eis habitura parem.

Esse virum , nulli qui sit pietate secundus ,

Cujus amor crebras fundere voce preces

Addit eum mundi saturum , cupidumque quietis

Extremum mundo dicere velle vale.

Praeclarum monachum , lascivum cerne Prophetam ,

Mancipium Veneris , prostibulique virum .

Qui sub mendaci falsae pietatis amictu

Est lupus , & foedæ captus amore lupæ .

O ! oblitera tui pellex obscœna pudoris !

O ! meretrix tali dignaque lena proco ?

Nonne mererentur rigidas tua tergora virgas !

Noq; betulis scuticis excutienda Venus !

Aspice nequitiam famulae , mi lector , & iratim

Comprime , cum foedæ pellicis acta legis

Se Domini lecto non angelus , angelus fistit ,

Hoc etenim meretrix Callida nomen habet .

Angelus hic Domini nocturno tempore custos

Cumque sedente sedet , cumque jacente jacet .

Angelus assistens est ille simulque ministrans

Spiritus est unus , nunquid & una caro ?

O ! metamorphosis , fit carneus angelus ecce !

Quod mirum magis est , angelus ille parit .

Angelus ecce parit , parvusque Prophetulus exit ,

Angelus hic post hoc Herinaphroditus erit .

Qualis erit puer hie ? plenos cum viderit annos

Angela cui genetrix , cuique Propheta pater ?

Angela si ursum paries dæmuncula fies ,

Angela tartareis succubitura lupis .

Cum patre cum partu percas , genitoribus ortus

Talibus est urbis certa ruina puer .

Si crescat vivum nunquam tamen ille parentem
Aspiciet, poterit forte videre Caput.

Siste mephysis olet, veritos in quibus amores.

Ille amor haud amor est, est amor ille furor:

Hæc privata mœtæ sunt interludia scenæ

Seria nunc rustum, sed lachrymosa cano.

GVLICH In IMPla atq; Ve fVrente sVa tyrannide
totVs perseVerat.

Proxima fatali stans surda rebellio banno,

Pergit in innoculas tela vibrare domos.

Qui posset, qui debet frænare tyrannum

Hic sibi formidans consul uterque ractet.

Mutus & clinguis sine voto & voce senatus

Quæ sunt, fieri corde dolente finit.

Si quis vera loqui vult, Commissarius cœstro

Percitus, in furias ore tremendus abit,

Goldschmitt bis centum jussus numerare daleros

" cogitur, ad certum terre ferenda diem.

Hisce superveniens sua dicere sensa rogatus

Peltzer ait causam scire sed ante decet.

Id dixisse fuit, plenum lacerasse senatum

Hinc clamor, strepitus, verba proterva, minæ

Criminis in poenam prohibetur curia, sede

Pellitur officiis exiitque suis.

Plus faciunt quia voce simul privatur utraque

Nullius post hac muneric ipse capax

Exacuas aures lector, graviora canemus,

Ubiaci non est meta modusque mali.

Bannerii (plebis verbo meliore tribunos

Dixeris) hi passi pessima quæque virtu.

Hos ad Gulichium nova per mandata vocatos

Cogunt ut labarum dentque ferantque suum,

Illi sed modo, quoniam sunt tempore tales
 Vel constare sibi vel dare posse negant.
 Surdus ad hæc *Gulich* nulla ratione movehdus
 Intentique manens propositique tenax.
 Illigat arresto quinos, quos damnat in unum
 Et satis angustum (sic jubet ira) locum.
 Ianua firmatur, nulli datur exitus, illic
 Detenti comedunt, stant simul atque jacent.
 Cum natura suum cupit exsoluisse tributum
 Nil tegit in patulo quod facit illa facit.
 Alter in alterius conspectu cogitur alvum
 Heu! toties quoties exonerare suam!
 Non est secessus non est locus abditus, omnes
 Una ligat feritas conditioque premit.
 Non nisi spurcicies non est nisi factor & horror
 Una lues oculis, naribus unus odor.
 Talia *Gulich*io passi sint auspice cives
 Nullius culpæ nequitiaque rei.
 Quis contradicit? nullus. Cur? omnibus unus
 Imperat, hunc quisnam corripiusle volet.
 Quis fuit oppositum visus tenuisse tyranno?
 Qui non exilium vel graviora tulit.
 Est animo commune malum paciente ferendum
 Prodit ab offensio tam gravis ira Deo.
 Peccarunt ubi, dii confecere flagellum.
 Ourbs huic tergum subiice prompta tuum.
 Respice, non virgam qua te modo percutit, illum
 Respice quo solo virga volente ferit.
 Dura satis tibi virga fuit tuus attila *Gulich*
 Sub qua jam tanto tempore mœsta gemis.
 Sed confide Deo, lachrymas absterge, tyrannis
 Concidit & finem virga furoris habet.

Magistr

Magistrī petri VelDhaVs CIVIs sepi VagenarII
 pœna panis niger & aqua felgens.
 Quæ sequitur fletum res vix audita meretur
 O Gulich stygio dignum acheronte caput.
 Ecce petrus Veldhaus cui modo septima dudum
 Est gravis annorum currere visa decas.
 Ille bonæ semper grataeque senecio famæ,
 Fortunæ tenuis conditione faber.
 Quamlibet invitus sit plebe volente tribunus
 Hinc quoque Gulichi lege citatus adest,
 Mox ubi sit labarum tub quo custode rogatus
 Quis labarum servet, nil mihi constat, ait.
 Id quia respondit decies dare quinque daleros. *56*
 Barbaries Petrum Gulichiana jubet.
 Territus hac mulcta vetula cum conjugé petrus
 Heus! ait heu! senium respicere virum!
 Excedit nostras ea pœna gravissima vires,
 Canus & effætus quid faber oro potest;
 Quod si peccavi, si quod me dedecet, egi,
 Delicti veniam dedecorisque rogo.
 Parce senectuti mi syndice, parce locellis
 Heu! dudum vacui sunt, nihil æris habent.
 Si quid habent uni vix suffecisse diei,
 Est ea paupe ies, sors ea nostra potest?
 Nec tibi vel minimum possum promittere nummum
 Si vis quam possum plura jubeto mori.
 Est consummati mea lassa senecta laboris
 Quæ mihi cunque venis, mors mihi grata venis.
 Audit hoc Gulich quid fecit? nonne pepercit?
 Nonne seni veniam posset ut ire dedit?
 Fulminet arque suos de cœlo duplicit ignes
 Iupiter atque novum Theromedonta furat.

Vab

Vah rhadamantæum tremuit ad fera facta tribunal
 Aeaus heu judex mitior ipse foret.
Vah! lupus, ursa, leo qualis lententia, qualis
 Poena? cui similem sors rea nulla dedit.
Elegisse sibi turrim quam eunque jubetur
 Intrandi modicum tempus & hora datur.
Frigida sit potus, siccus sint prandia panis
 Si junxisse viro se velit uxor, eat.
Hoc in pane suam poterit consunere mulctam,
 Pane sed absumpto liber abire potest.
Elegit veldhans portam quam batavus intrat,
 I errestrī vehitur quando venitque via
Eigelsfeir ubio vocitant idiomate cives,
 Civibus est solis debi, us ille locus.
Huc abit ingenti stipatus ab agnī e veldhans
 Quem tremuli poterant vix bene ferre pedes.
Uxor & ipsa suum sequitur licet ægra maritum,
 Mæror & annorum copia morbus erat.
Videlicet plena populo lugente plateas
 Audisses genitus mixtaque verba minis
Fœmina virque senem deslebant, ora madebant
 Imbris, est visus Collachrymasset puer.
Sic subiit dictam spontanea vietima portam,
 Ad proprios rediit fœmina mœsta lares.
Ingressus designatum concclave tribunus
 Complicat atque gemens tollit ad astra manus.
Aspicit impositum mensæ novus advena panem
 Aspicit & ciathum qui prope stabat aquas
Panis erat grande n præbens in margine crustam
 Mucidus, in furno vix bene coctus, olens.
Hunc sine dente senex panem fregisse doloris
 Cogitur & lachrymis irrigat ipse suis.

Masticat

Masticat, ore premat, sibi vim pro viribus infert
 Uni sufficiunt octo decemque dies.
 Euge senex unum si vix consumere panem
 Quantumvis famea hebdomas una potest.
 Qui tibi sexcenti panes, pluresque supersunt
 Dic petre quo tandem tempore vivis edes?
 Inferet ante tuo dea te libitina sepulchro
 Quam comedas multæ debita pensa tuæ.
 Sed tu quem nunquam satis apto nomine quamvis
 Omnia conglomerem nomina rite, voco.
 Busyris patriæ geminate trifurcifer orco.
 Debita Corvorum victima, digna rotâ
 O! Gulich hominum tortor fraudumque magister!
 Iuro tuus tandem finiet ense furor.
 Innocuo quæ causasti nocumenta tribuno
 Cuncta tuam repetent & graviora caput.
 Una sed infelix tibi lux tua criminâ solvet,
 Crimina perpetuis vix reluenda rogis.
 Veldhauſi ſenium nunquam tua colliger ætas,
 Civis hic innocuus te mage nemo nocens.
 Ascendit Veldhauſi munis criminè portam
 Te scelerum claudent carceris ima reum.
 Tu neque tranquilla neque ſicea morte peribis
 Interitum vivus cernet at ille tuum,
 Plura supersedeo tibi dicere multa dolebis
 Te feciffe, tuo cum moriere malo.
 Contracturus eram calatum. niſi plura venirent
 Quem mollem virtio recta manere meo.
 eptVLtVra apVD sVos patres fVnerI Crepslano
 IMple prohlbetVr.
 Non ſatis in vivos fuerat vomuisse venenum
 Funera, & ipſa thracem palla fuere manum.

Krepsius

Krephus ille sua de mansuetudine Consul

Gratus ubique malis gatus ubique bonis.

Dum primos pareret vix nata rebellio motus,

Kreps quanto tactus fulmine? quanta tulit?

Tunc consul fuit ille regens facetque ferebat,

Sed non est passus morbus abire domo.

Aeger & affixus lecto totusque jacebat

Debilis à medica spes erat, arcta manu.

Plebs de reddendis ægrum rationibus urget,

Author ut urgeret, vir bene notus erat.

Plebejū non poterat vehemens compescere morbus,

Quæ rata sub morbo forte latere fugam

Indicat arrestum, sequitur custodia, miles

Occupat, & totam stipat ubique domum.

Nil erat in tuto, patulæ venientibus ædes

Nulla tabacibibus nocte diéque quies.

Gulichius repetit renuit Kreps reddere fasces

Quos prece non poterat vim rapiendo rapit.

Exiutur cunctis agrorū honoribus instar

Furis in exilium cedere jussus abit.

Et nisi præmonitus taciteque avectus abisset

Monstrasset lictor forsitan ipse viam.

Ingens accessit numeranda pecunia fisico.

Mille philippæos bis quater esse puto.

Qui legis hæc quid lector ais? dic: nomine stupescis?

Qui cute punitur liber ab ære manet.

Kreps in utroque luit, fama nudatus & auro

Consul, patritius, doctor in urbe potens.

Incorruptus homo, non se sed publica quærens

Commoda, justitiae norma, quietis amans.

Quam petit injuste defensio iusta negatur,

Iudicio populi cogitur esse malus.

Causa

Causa vienne asti, quamvis penderet ab aula
 Et de sūtendo plurima iussa forent.
 More suo pergit, animis concordibus itur
 Flectere *Gulichium* nulla Vienna potest.
 Mille modis agitat, nova semper fulmina ludit,
 A nullo reprimi fulmine posse putans.
 His aliisque malis senii quoque pondere pressus
 In *Pesch* (nobilium sunt bona) consul obit.
 Filius atque gener mœsti de morte parentis
 Et dubii quanam sit tumulandus humo.
 Tandem concludunt ubio mandare sepulchro,
 Funus & ad patres apposuisse suos.
 Omnia adornantur quæ funebris ordo requirit,
 Pallaque defuncto rheda paratur hero.
 Ut tamen absque metu veniant, tentata facultas
 Introducendi funus ab urbe fuit.
 Curia dat veniam, nullus nisi barbarus obstat
Gulichius tacitum mox quoque rete struit.
 Instruit excubias, & porta funus in ipsa
 Auribus obstructis attinuisse jubet.
 Hac extorsurum sese ratione putabat
 Quæ vivus renuit, funus ut illa daret.
 Sed fraus per fraudem, fuit ars elusa per artem,
 Evasit laqueum præda cupita suum.
 Namque viæ accincti per clandestina monentur
 Nuntia, mox relegant esse pericla gradum
 Sex exoptato cum funere lugubris hæres
 In *Pesch* cum lachrymis cumque dolore redit,
 Talia committit tam perpetrat impia *Gulich*
Gulich quem nemesis non satis ulla ferit.
 Caesaris impugnat decreta, rebellis in omnes
 Insurgit nulli parcit, ubique furit.

Tem.

Templerum violans sacra privilegia calcat
 Bella Senatori Consulibusque movent.
 Illudit tribubus, quod vult facit, ipsa lacescit
 Astra, Deumque suis cogit ad arma dolis
 Non satis est vivos pressisse tyrannide cives,
 Jam quoque defunctos bella scelestia movent,
 Funeribus requiemque negat prohibetque sepulchrum
 O! scelus exemplo, quod praeuante caret,
 Bellua quo graderis, quo te ferus impetus aufert.
 Perge tuum facinus talio justa manet.
 Post breve funus eris lachesis tua pensa peregit
 In te supremum jas modo licet habet.
 Mors Hesselmauni te præcipit esse secundum
 Si foret huic similis mors tua fausta foret.
 Te sacra spernit humus, te cœmeteria nolunt,
 Tecanis aut furcae nota vorabit avis.
 eVLICHIVM Congerrone saX sCoto In pLeno
 senatV sese sCVrILiter gerIt.
 Vah Superi! quæ fata cano? quid posthuma dicent?
 Sæcula? quando *Gulich* facta pudenda legent?
 Quæ modo subjiciam quod sint verissima, testis
 Qui præseus vidit cuncta, Senator erit,
 Lux erat occisas quæ Bethlemitica proles
 Plorabat Rachel occubuisse suas.
 Hoc citat & mandat *Gulich* coiisse Senatum
 Conveniunt adsunt Saxque *Gulich*que simul
 Mira Senatores sibi proponendo putabant
 Nec male? nam plusquam mira videre fuit
 Assurgit primus *Gulich* frontemque coarctat,
 Prævia, quid cupiat dicere, signa notant.
 Verrine similem citrus evomit invectinam,
 Perstringit socium, (*Sax* erat ille) suum,

Pluri-

13

Plutima producit quænam sint facta relinquo
Sub dubio, scabiem *Sax* sciet ipse suam.
Nunquam longa duos stringit concordia fures
Impia pax finem cuncti capiuntur, habet,
Indignabundus *Sax* audiit ista, quid inquis
Fureifer, est nemo, qui tibi credat, ait.
Tu *Gulich* nebulo, bipedum nequissimus, urbis
Interitus, ipsatriæ pestis, origo mali.
Te mihi *Gulichium* si decollare daretur
Quam subito cervix decapitanda foret.
Ad passus aliquot caput in sublime volaret
Vindictis illa foret gloria prima manus.
Quæ mihi facta cupis fax hæc tibi debita notis
Gulichius solita bile tepletus ait.
Si vir honestus eras, cur cum nebulone Vieniat?
Visus es infami deseruisse fuga.
Ecce Senatores hic *Sax* est ille Britannus
Nostra malo cuius criminè causa ruit
Hæc Reiuendæ soboles plus abstulit urbi
Quam plures anni restituisse queant:
Ejicitote virum qui si permanserit, actum est
De me, de vobis, urbe, salute, tribu.
Sax iia *Gulichium* mox omnia dicta retorquens
Ore magis placidus cùm loqueretur erat,
Gulich quem ecce rapiebat passio mentis
Servabat solitum conviriando modum.
Audiit illa silens vultu paciente Senatus
Unus at intrepida vox locutus ait.
An sic in veterem versa est modo Curiæ fossam?
Quod scelus hunc sacrum sic temerare locutus?
Hæcne erat illa gravis cogendi causa Senatum
Ut tam scurrili conspueremur aqua.

N

Ætēs

Aeternus pudor est, æternum dedecus urbis

Talia cur patimur? cur modo quisque filer
Scandala quæ posthac poterunt graviora patrari

Curia si velit hoc dissimulasse scelus,
Discat uterque suam deinceps compescere linguam

Non patitur similes Curia nostra jocos
Dixit, & à rixis linguam tenuisse coegit

Ore tamen *Gulich* vix cohibendus erat.
Tandem altercantes ut mittant jurgia partes

Sed mediatorem *Nabben* utriusque facit.
Hoc contenta viro pars abstinet utraque rixis

Atque Magistratus bile repletus abit.
Hoc est exemplum sed de tot millibus unum

Curia quotidie deteriora videt.
Non est respectus, reverentia nulla Senatus

Perdidit antiquam Curia flenda decus.
Ni Cæsar valida properet succurrere dextra

Urbis agonizans ibit ad antra salus.
Absq; Ve ratrone arresto attInent Vr Ligna

Domini VV·rICh a Vr Ifabri senatoris.

Consul uterque suum sequiturque refertque magistrum
Insistunt uni turpiter ambo pedi.

Aurifaber *Wrich* celebris vir idemque Senator
Emerat hyberno ligna dicanda foco.

Illa sed ante domum curru dejesta j. cebant,
Conducta famuli diminuenda manu.

Consulis intrusi dum theda coacta morati
Temporis ad modicum forte coacta fuit.

Quis Consul fuerit non addo sed ipse notabis
Quamvis suppresso nomine cuncta loquar

Hinc excedens Consul nova ligna secari
Quotquot erant raptata sub graviore verat.

Ave.

Avebitur Consal sequitur vestigia **Wirich**

Ligna relaxari per sacra cuncta rogat.

Per se perque alios instat patiturque repulsam

Tendit in interitu n sole cadente dies.

Indignabundus tandem respondet abito,

Hac vice, non alia ligna coempta feces,

Discito personas cognoscere, respice fasces

Respectum Capiti reddere discet tuo.

Læsus honor meus est lignum removere decebat,

Ut posset ihedæ transitus esse mex.

Quem com nisili primus tibi transeat error,

Post hac si redeas certus in ære lues.

Vah putridum stercus cum fit de stercore simus,

Vult transmutata conditione vehi.

Cum nihil est aliquid fieri nihil omnia prensat.

Quid cecinisse velim qui sapit ille capit.

VXor roDenk IrChen à MarItō sVō

aLapa InSgnI graVat Vr.

Præcessisse su m ventosa superbia casum

Affolet, elatos ultio certa premit.

Vidit id in proprio conjux turbata marito,

Vidit plus nimio velle volare virum.

Vidit & ingentis quam sit res plena pericli,

Hoc rerum fasces appetuisse statu.

Vidit & audivit reducem *Sax* multa loquentem

Quæ sint exitium progenitura novum.

Plurima scit, metuitque gravem post pauca ruinam

Ni stet *Gulichii* deseruisse latus.

Hinc incœrens lacrymansque rogat, ne Cæsar is irans

Concitet, à cœptis abstineatque suis.

Posse suum gravide tergum subducere nubi

Posse suam rursum conciliare domum.

Abjice fatales vir dilectissime fasces,
 Salvus ab abjectis fascibus esse potes.
 Abjice tempus adest post non fecisse dolebis,
 Utere consilii vir per amande meis.
 Id tia dimidiata tui pars expetit uxor
 Ne precor uxoris sperne marite preces:
 Sic affata suum conjux per amara maritum
 Extremo colaphum pro colophone tulit.
 Verba proterva meis non attinet addere metris,
 Indignum facinus Consul inepte patras.
 Hunc ancilla sui Domini fors viderat actum,
 Viderat atque aliis mox quoque visa refert.
 Audiit id sartor dein Commissarius, urbem
 Impacti colaphi fama repente replet.
 Per negat id Consul, jubet inquiratur ut author,
 Sartor rumoris dicitur esse parens.
 Arripitur sartor, captus concluditur ille
 Afferit à famula prodita cuncta domus,
 Hæc quoque ceu falsi rumoris conscientia, pœnam
 Carceris ad certos iussa subire dies.
 Sic alapam conjux, indebita vincula sartor,
 Sic famula ærumnas, vera loquendo, tulit.
 Consulis hæc dicti sunt facta domestica paucis
 Nunc queque gesta metris exteriora canam.
 kliberIn eXuL eVaDl t rete sibi strVC.
 tVM.
 Exauthoratus Commendans Kirberin u: bis,
 Exul rest tui, quæ sibi rapta petit.
 Aut nisi restituant spolium, divetsa minatur
 Ulturum se se jurat ubique nefas.
 Semper ut occlusas invenit Kirberin autres
 Qui spolium vellet reddere nullus erat.

Quin

Quin quoque ceu profugus seu proditor atqee rebellis
 Per decreta capi jussus ubique fuit.
 Kirberin interea loca per diuersa vagatus,
 Damna licet posset, non tamen illa dedit
 Nuper hic excitus per certa negotia Bonnam,
 Ante Severini s^tstere jussit equum.
 Ingreditur famulus portas, ex urbe falernum
 Latrus cupido (nam stirebat) hero.
 Proditus à famulo Dominus bibit atque citata
 Ne cadat in laqueum, se rapit inde fuga.
 Occurrit lanio, lanionem terret & uibi
 Qui videt ac audit cuncta referre jubet
 Fama volat, civis concurrit Consul aditur,
 Consul, at hic fugiens est retrahendus, ait.
 Commandans urbis Sciffarts Merode vocatus,
 Cumque illo miles sat numerosus abiit.
 Ad quinquaginta numero pluresque fuerunt
 Actis & c varia lecta cohorte cohors.
 Tenditur in Godorff ubi Kirberin esse sciebant
 Pone suum sequitur martia turba ducem.
 Commandans quadrante praeit, sociisque duobus
 Aut tribus hospitium concorditarus adit.
 Cum sociis descendit equo prorumpit in ædes,
 Indagans oculis obvia quæque suis.
 Tendit ad oppositum conclave, notatque sedentem
 Kirberin, ex ficto corde precatur ave.
 Ingreditur, mensa caput occupat alter ad iuum
 Selocat in medio Kirberin ipse sedet.
 Tertius ingressum conclavis & ostia stipat,
 Combibit furdem vafritiemque tegunt,
 Kirberin in mensa, quæ bina sclopeta jacebant
 Anxius ad se se dissimulando trahit.

Omnia paulatim fiunt suspecta , sed inter
 Spemque metumque situs recta pericla timeret.
 Posit ut è mensa minus advertenter abire
 Urna fingit se stimulante premi.
 Dant egressuro veniam , quia forte putabant
 Elabi prædam non posuisse suam.
 Vix erat egressus conclave , puellulus eheu !
 Clamitat , heu miles quam numerosus adest?
 Territus hoc , ocreas pedibus citus excutit , astum
 Protinus arrepto præveniendo fuga.
 Per postea ruens sepe in transcendit , in agnum
 Provolut elapsum densa filigo tegit.
 Accurrit miles , fugitivum quaerit , hic ensem
 Extrahit , oppletum corripit ille scelopum.
Heus ! age miles ait , Cominendans , quare latenter.
 Hocce filigineo præda foyetur agro.
Si vivum cœpisse nequis , occide , perinde est
 Te tibi pollicor præmia digna manent ,
 Frumentum pedibus misere calcatur , ad omnes
 Stat quaqua versum turba locata vias.
 Frustra agitur secura latent que condit olympas.
Kirberin in latebris turus ab hoste sedet
 Quid faciant ? nato cunctos trahit unus ad unco
 De manibus lapto pignore quisque fremit.
 Tandem deceptos cum se videre , revertunt
 Et pariter secum cuncta relicta ferunt ,
 Hæc inter generosus eques phalerisque decorus
 Pendulus & brevior parte ab utraque scelopus
 Penula seu clamiis , coriacea pera supellex
 Linea hummorum portio quanta latet.
 Inter & hæc ocreæ , quas cum fugitivus abiret
 Excussit pedibus *Kirberin* ipse suis.

His equus exuviiis oneratus abibat in urbem
 At longe melior præda fuisset eques
 Praetolabatur reduces urbs pleraque turmas,
 Civis equum cernens vociferatur io!
 Plaudite concives, nostra est victoria, nostras
 Non elabetur bellua capta manus,
 Ast immatuos nimium cecinere triumphos,
 Dum circumspicunt, quem voluere deest,
 Eheu! cordolum, gravis indignatio, frontem
 Corrugant freudent fulmina mille vomunt.
 Ipse met & stolidum Consul qui suaserat actum
 In cholera m versus se tenuisse nequit.
Acriter invehitur, Commandantique minatur
 Ille sed innocuum se remanere probat.
 Exauthorati bini queis culpa dabatur
 Vix expungendæ post nova sæcla notæ.
 Kirberin interea Bonnensem salvus in urbem
 Deveniens, aule facta scelestæ refert.
 Audit id Elector facti speciemque notari
 Mandat, ad hunc actum mens proba quæque stupet.
 Quo ratio? quo judicium? prudentia? recti
 Ardor? quo sensus urbs abiēre tui?
 Respicias Ubios arcta Colonia muros
 Hœ exrra minimi quid rogo juris habes
 Inclusi muro cives nihil amplius estis,
 Elector foveas assertit esse suas.
 Oigitur Consul, quæ te vesania vexat?
 Quis furor in Godorff ce violentus agit?
 Quæ lex te docuit peregrinum milite fundum
 Cingere, & hostili cuncta replete metu.
 Quæ fuit in teneras tibi justa licentia fruges?
 Calcaret pedibus miles ut hasce suis!

Nuquid id est factum? sed quo sua fore quis illum

Nescit ego notum pandere nolo virum.

Quam bene præmonuit tua te prudentior uxor

O consul colapho dignior ipse fores,

Ecce suum sensim calura rebellio finem

Respicit, ô! Consul respice, siste cave,

Vix ea contigerant, mox in diversa Senatus

Jure sibi metuens & tremefactus abit.

Gulichiana probat sanior pars improbat actum

Et profugo spolium restituisse jubet.

Redditur hospitio spolium, neque defuit ullus

De numinis obulus, cuncta rei ortat equus

Illa quidem laudanda venit resolutio, verum

Action non unum respicit illa virum.

Electoralis nunquid violatio juris!

Exposcit penas tam manifesta suas!

O! quoties recidiva rebellio culpas

Nosceris antiquis accumulasse novas.

Quis delictorum contra te surgit aceryus!

Sed tamen Elector quam patienter habet,

Longa nimis multos nemesis producit in annos

Qui posset quovis te eicurare die.

Consulo, siste gradum quia stas modo proxima funi,

Quae te castiget jam tibi virga viret.

Desperata popVLI VbII & VrbIs rebellantIs De-

eXerCito aCatholIco ConsLIA.

Quam parit obsecenos monstrosa rebellio fuetus,

Produxisse pudor religioque vetat.

Est secunda parens & crimina grandia gignit

Dunque unum genuit, mox nova moustra parit,

Est faber at scelerum cudit faber ille catenas

Quae liget innexas in mera damna tribus.

Est

121

Est & hyæna suas simulat fera bellua fraudes,
Quæ ridendo trahit, dilaniando fecit,
Est titii vultus, rimatur viscera mortuus
Exedit & requiem semper agendo negat.
Est hydra, sed gladii varios subigenda per ictus,
Ne nova prostratae vita redire queat,
Seditio firmata suo cum robore sceptrum
Obtinet illa rapi vix sibi sceptra sinit.
Damnato potius sua damna tuebitur ausu
Externam potius sollicitabit opem,
Cernis agrippinam? specimen dedit illa doloris
O! utinam tandem finiat ille dolor!
Plensque gemensque cano, patriæ quia vulnera prodo,
Nam quæ sunt patriæ vulnera nostra puto.
Multæ quidem nostriæ cecinit pars prima camœna
Alteria pars multo deteriora refert.
Nil est quod planxi, decies graviora sequuntur
Hunc sceleri nullum par valet esse scelus,
Conglobatio eorum qvæ in Ytre à seDitiosIs
gesta sVnt & gerVnt Vr.
Iustitiam calcasse, bonos pepulisse cruxis
Nequiter effusi sâpe fuisse reos.
Excussisse jugum, capiti insultasse per annos
Quinque tyrannorum sustinuisse vices,
Impuras temerasse manus, ergastula captis
Implevisse novos parturiisse dotos.
Carceris, exilii, mulæ, mortisque timore
Affiduo cives continuisse suos.
Despoticas iniisse vias, nutritre furores
A dubia faeti suspicione regi.
Theta nec auditis nigrum præfigere causis
Arbitrii leges, judiciumque tequi.

Irritasse suos inera per mendacia cives
 Ut nulli cupiant subdere colla jugo.
 Condere suppresso regimen populare senatu
 Nullius tangi velle dolore mali.
ECerebro formare statum, præscribere leges
 Abisque metu rabiem continuare suam.
 Ludere par impar, vetitis insistere cœptis
 In nova damna novos corde fovere dolos
 Scurrarumque pates cuneis formare rebelles
 Vindiæ stimulis invidiæque rapi.
 Hæc sunt ubiaca quæ lamentantur in urbe,
 Per Sax per Gulich per sociosque geti.
 Quod rabies vomuit pars hæc fuit una veneni
 Mortiferæ species defuit una luis.
 Ecce vel invitus scribo, quod condere mallem
 Ut scribam patriæ me tenet urget amor.
 Quæ tamen hic referam, famam quia pleraque tangui
 Cautus ero tacito nomine facta canam,
Coloniæ Vblæ sanctitas à reLLiqVII &
sanctis IBI qVIlescentibVS & reLLigione
seMPer stabILI.
En tricoronatam tot Claram laudibus urbem
 Ursula quam fulo virgo cruore beat.
 Quam soboles machabæa, trium quam corpora regum
 Illustrèm faciunt, quam Deus ipse tegit.
 Illa diu felix & sancta colonia, romæ
 Suppar, germani gloria prima soli
Egentilissimi postquam subtracta tenebris
 Ad Christi labarum visa venire fuit.
 Semper Apostolicæ mansit fidissima fedi,
 A primigenia non recidiva fide.

Sæpe

Sæpe quidem varius est passa Colonia fluctus,
 Firmior aet variis fluctibus illa stetit.
 Euphrates ubiam voluit vertisse columnam
 Euphrates cecidit stansque columnæ manet,
 Plurima cum mundi pars secesserunt arium,
 Urbs mea tunc minimæ gloria partis erat.
 Quæ non Calvini toboles verluta tetendit
 Retia per hostias retia rupta manus.
 Impia germanas viciaverat haeresis urbes,
 Hæreticis ubiæ non patuere fores.
 In solida petri stans fixa Colonia petræ
 Ridet ab imputo flans aquilone malum.
 Mansit avita fides manerunt dogmata ritus
 Templorum solitus mansit ubique nitor.
 Aet dolor heu/nimia præ follitidine ringor,
 Siccine tam fœde laus ea prima ruet.
 sancti Vbi ad VltioneM Vrbis à poeta
 eXorantVr
 O! Petre, vos reges, Gereon cum Nabore Felix,
 O! Cuniberte tuæ præsui amate gregis!
 O! septem Machabæa cohors letissima fratrum!
 Ursula virginis associata choris!
 O! vos O! reliqui cœlestia numina divi!
 Quos tutelares urbs sibi nausta colit.
 Nititur en vestrum calcare rebellio cultum,
 Nititur antiquam prostituisse fidem.
 Mittite sulphureos cœli de sedibus ignes,
 Authorem sceleris fulmina digna cremant.
 Ergone projecto maledicta rebellio Christo
 Post hac dæmonio sacrificanda venis.
 Ergone nongentos pietas nutrita per annos
 Hæretica manceps impietatis erit!

ah!

Ah! pudeat! repeto pudeat statuisse quod omnis
 Retro posteritas est dolitura nefas
 O! infame nefas! quæ tempora vivimus! eheu
 Vivimus ut falsis immoriamur aquis!
Gulich Westhovius, Sax. & de plebe rebelles,
 Heu! cundunt, superat, quod mala cuncta in alium
 Cundunt ferratas proprio pro tergore virgas
 Hæreticos (fama est) urbe fovere volunt
 E vacuo nil vase loquor, verissima res est
 Væ! tibi væ (quidam) qui facis ista! cave
 Multa scio sed cuncta loqui non expedit unum
 Te (quidam) moneo, suadeo, mande cave.
 Dicitur hic quidam (rumor vulgavit id) aulam
 Externam miris sollicitasse modis.
 Dicitur hic quidam, quis sit non dico, quod uni.
 Num morum dederit millia plura viro.
 Num lupus an vulpes ubium subduxerit aurum
 Scire nec affecto, scire nec illa refert.
 Quid quidam proprio yisu descendere motu
 Egerit in Wesel nemo scit ipse ractet.
 An pro suppetiis regimen clivense rogarit
 Qui non formidat, dicere dicta prober,
 Quod tamen in batayo fuerit spes magna gradivo
 Nemo negat, sed & hoc nemo negare potest.
 Fors etiam fuerat dux Brunopolita rogatus,
 Si non ad minimum, credo, rogandus erat.
 Quidquid Westphalicus sponderet circulus urbi
 Displacuit causam spes batavina dabat.
 Attamen ut faciles habeant & ad omnia promptos,
 Seposita faciunt religione viam.
 Iuro quod hæc quæ narro fidem mereantur & ipsam
 Invoco qui verum novit id esse Deum.

Gulichius

Gulichius fido retulit sc̄ las illud amicō;
 Ex hujus quicquid scribimus ore venit.
 Hæsit hie attenitus totusque cohorruit istam
 Cum sibi rem *Gulich.* diceret esse ratam,
 Namque ait hoc unum nobis superesse videimus
 Ni facimus mundi fabula certa sumus:
 Quando status, ratio, vel publica causa requiriē
 Debet religio pro regione pati.

Hæc est atque fuit præsentis maxima mundi
 Si licet hæc aliis & licet illa mihi,
 Qui sunt pannonicī primordia vera tumultus
 Est indiscretus religionis amor.
 Heu tam frugiferum populosum nobile regnum
 Heu animis fessum dissidiisque ruit.
 Dum sua telligio nimium vult jura tueri.
 Religio pariter curia regione patit.
 Quid dare vicinis duo vel tria templa nocebit
 Hæc est prosperitas urbis & una salus.

Exanimis vires hæc mercatura resumet
 Hinc accisarum gaza redibit opum.
 Hinc nostræ Batavo crescent cum robore vires
 Hinc figet stabilem spes quoque nostra pedem.
 Hinc qui dimidiam Clerus modo possidet urbem
 In se paulatim diminuendus erit.
 Consilium melius non est pro tempore, nostrum
 Ut fortunatè conficiamus opus.
 Si nostram Batavo junctus Cremocastrius urbem
 Protegat, haud ullo restat ab hoste metus.
 Impia *Gulichii* fuit hæc resolutio, fido
 Quam ficio fautori clam retulisse suo.
 Nec desperatis prius abstinuisset ab ansis
 Quam velut optabat cuncta per acta fore;

A*¶*

Ast orthodoxa pro religione steterunt
 Quidquid pars ageret Gulichiana, poli.
 Attamen ut seri post funera nostra nepotes
 Quæ sit molitus furcifer ille sciant.
 Commemorabo sacras quas debuit hæresis ædes
 Usibus & seictis appropriate suis.
 offert Vr saCeLLVM VerVs sanCtI serVatI
 T Vngr : eCClesiae epIsCopI.
 Tungrensis quondam præsul Servatius, urbis
 Lumen agrippinæ, spes, amor, atque salus.
 Hæresin Euphrata cum damnaturus adcessit,
 Pro conservanda relligione vigil,
 Lassus forte levi claudens sua lumina somno
 Præsul in extatico mira sopore videt.
 Conspicit ignitam juxta fulgere columnam,
 Moxque ait, est superis debitus iste locus.
 Dixit & extruxit raro splendore facellum:
 Quod nunc à sancto præsule nomen habet.
 Hanc dare calvino veterem concluserat ædem
 Seditio, fructus hos parit illa parens,
 aDIIICit Vr qVoqVe Longe Ista antiqVior
 eCClesia DIVæ Cæli II. Iæ.
 Nec fuit hoc uno tabies contenta facello,
 Cæciliae moles adjicienda fuit.
 Hæc à materno fundata ecclesia multis
 Illustris titulis, virginibusque sacra
 Qnæ quondam primum templi cathedralis honorem
 Obtinuit, grati fabrica pulchra situs.
 Hanc quoque sacrilego plebs ebria dicitur ausu,
 Tradere vicinis constituisse suis.
 Rumor hic an verus sit nescio, publicus urbis
 Quod fuerit sermo nemo negare potest.

An

An quoque Consulibus res hæc velutrique veluti

Nora sit ignoro forsitan utrumque latet.

Hic nam *Gulichii* nequam conceptus in aures

Uai fidorum vix patefactus iit.

Bilsteinum vehemens lacerabat fama sed illi

Cum proba deficeret non fuit ulla fides

Addo quod à nullo *Bilstein* convictus idipsum

Intrepida semper voce manuque neget.

Quin quoque *Bilsteinum* subdelegatio nulla

Declarat facti parte fuisse reum,

Cur igitur mea musa virum sugillet? & illi

Impingant tantam carmina nostra notam

Sit procul à nostro gravis hæc injuria metro,

Si quis quod dicit non probet ille luat.

Quæ de *Bilsteinio* referunt mea carmina, famam

Non tangunt, verum quis sine labe fuit?

Historicum fateor me profiteorque poetam

Historica narro quæ cano cuncta fide.

Urbs mea cum nigro quandoque colore notatur

Ast hoc imbutos nolo colore bonos.

Comprehendit solos urbs seditiona rebelles

His expurgatis urbs bona tota manet.

Personis parco, vitiis mea tela reservo

Publica de variis nec nisi nostra cano.

Nil in *Bilsteinii* famam nec scribo, nec unquam

Scrispi, si tactum se putet esse? probet.

Quis coquius optatam stomachis coquit omnibus offensis

Quis cerebro versus unicuique placent?

Quis tam laudatus qui non quoque carpitur auctor

Passio nil recti lusea videre potest.

Hanc Ubio tragicum postquam decrevimus actum

Scribere præmonitus scribere vera sui.

scri-

Scriptura mea vera quidem sine fraude spopondi
 Attamen haud stimulis destituenda suis.
 Blanditiis me nolle meam vitiare camenam
 Me nec adulari posse, nec esse decens:
 Seu Tros, seu Rutilus, seu Consul, sive Senator
 Seu fuit è numero codre opulente tuo;
 Sum varius varius, maneo tamen omnibus unus
 Cuncta velut novi facta fuisse cano.
 Quæ bona sunt laudo, nullius facta revelo
 Publica ne cunctis & bene nota sciam.
 Sed lojalæam nos convertamus ad ædem
 Mendax hæretieis quam quoque fama dedit,
 RV Mor VoLans aVgVstæ & Vere regla
 æDIs soCletatls IesV;
 Illustris structura Patrum de nomine Jesu
 Qui nomen(totus novit ut orbis) habent;
 Hæc augusta Dei Bavariorum sumptibus ædes
 Utibis ad æternum est ædificata decus.
 Marmore strata domitis niveis innixa columnis
 Amplia, venustatis plena, decora nitens.
 Quæ nec ab arte parem nec majestate secundantur
 (Id mihi vir prudens nemo negabit) habet;
 Illa ter augustæ sacra Ecclesia matri,
 Illa beatificæ forma typisque domitis.
 Hoc lojalææ sobolis prænobile templum;
 Subsidium miseris, præsidiumque reis.
 Hoc desperatæ per criminis mentis asylum
 Hic peccatorum portus, & aula Dei.
 Hic locus innumeros in quo metanæ triumphos
 De styge, de mundo, luxuriaque tulit.
 In quo depositis hominum tot millia noxis
 Ad læsum redeunt, & redire Deum;

Quam

Quam mixti sensibus juvenis urbs tota frequentat

Fundens assiduas in pia vota preces.

In quo tot gemitus, ubi tot suspiria, planctus
Transmittunt raeitos cordis ad astra sonos.

Hic locus hæreticæ mors & victoria sectæ,

In quo vera fides perstat & una salus.

In quo divini tanta est reverentia cultus,

Tanta fæcerdotum copia, tanta seges.

Aspice sacra piis obsessa fedilia turmis,

Aspice stillantes ore madente genas.

Angelico pastos quis pane recenseat? illos

Si numeres, numero copia major erit.

Plura quid adduco! nostras hæc fabrica laudes

Exsuperat, quisquis conspicit, ille stupet.

Et fulcimentum fidei, nutrixque piorum

Immutat reprobos, roborat illa probos.

Est peccatorum magnes, est ara salutis.

Non est hic aliud quam domus ipsa Dei.

Ecce futura sicut domus hæc spelunca latronum,

Hoc *Gulich* potuit parturiisse scelus.

Solus an is *Gulich* fuerit qui tanta foveret

Ausa? patebit adhuc, omnia tempus habent.

Unus vix potuit tantum suassisse piaculum

Pluribus immixtas credo fuisse manus,

Virus id antiquum est quod tunc voluere maligni

In tam præclaros evomuisse Patres.

Omnia sub dubio cum non sint certa relinquimus

Non habet authorem res male quando cadit.

Quidquid sit: vetus est veteri de tempore virus

Evomere in claros quod voluere Patres.

LaVs & VIterna patrVM In serVanDa Vrbe
 VbIa CoagrIppIna.
Minisi fecissent, nisi de suggestibus unam
 Essent conati constabilire fidem.
Ni vacillantem nimio plus s̄epius urbem
 Hi sustentassent, nocte dieque viri.
Urbs modo Calvinum per pulpita cuncta doceret,
 Urbs heterodoxi jam foret esca lupi.
Hic virtiis fr̄oenum posuit, sētasque subegit.
 Hic cœcis lumen montibus ordo dedit,
Relligio dubio stabat pede, templa nitorem
 Perdiderant, clausis pax erat alta libris,
Nullus amor studii, sine præceptore juventus,
 At vacua, aut paucis cognita Gymnas erat!
Nulla Cathechismiratio, sine legibus ibat
 Ignorans fidei dogma Deumque puer.
Hi Patres Iesu socii, cacadæmonis hostes,
 Quos pro servandâ miserat urbe dies.
Hi Patres nullum detrectavere laborem
 Tam grave nil, quod non aggredierentur erat.
Hotrum cura vigor constans vigilantia cives
 Fecit ab illicita mox resiliare via.
Ffalsa novatorum qua dogmata visa per urbem
 Serpere & in variis sparsa fuere locis.
Hec suppresserunt fausto conamine Patres
 Ut labii unius plebs fideique foret.
Hinc mox religio pietasque iepulit & revixit,
 Hinc sunt splendori redditâ templa suo.
Crescebat libris pretium, studiumque vigebat,
 Florenti præerat gymnasarcha scholæ.
Explanabantur fidei mysteria parvis,
 Gloria erat Patrum summa salutis opus.

Non

Non ego commendo Patres, urbs ipsa loquatur,
 Quam fidam dederint unicuique manum.
 Dudum par Sodomæ forei urbs similis que Gomorrhae
 Ne foret, hi vigiles præpediære Patres.
 Quisquis vel monachus, vel clericus esset, is altum
 Stertebat, cunctis torpor & unus erat.
 Ast oculos nullo passi langüere veterno
 Accincti stabant semper ubique patres,
 Lumen erant urbis, speculum virtutis, imago
 Vera pudicitiae, religionis amor.
 Solamen viduæ, lapsi manus, esca famenti,
 Infirmo baculus, spesque salusque reo.
 Ægroti panacea, quies operantibus, Iro
 Subsidium, claudio pes & arena luto.
 Argus erant cæco, fulcantibus æqua portus,
 Umbra fatigatis, malleus hæreticis.
 Nunquid erant ancile bonis, festuca malægnis?
 Nunquid erant vigilans pastor ut inter oves?
 Nunquid erant calcar tepidis pugnantibus? umbo:
 Nunquid erant laceræ spes inopina ratis?
 Omnibus hi Patres Ubi sunt omnia facti,
 Cum pueris pueri, cum senibusque senes.
 Qui primi fecrè Patres, ea facta novelli
 Continuant urbis, Patribus unus amor.
 Infectos quoties stragit contagio c. ves
 His qui servirent nonne fuere Patres?
 Hoc in servitio quot succubuerent videntis
 Ætatis clari nobilitate viri?
 Nullum de Patribus sociisque Colonia vidit,
 Qui non pro patria promptus obire foret.
 Quotquot adhuc adiunt Patres vel in urbe morantur
 Officii memores suntque manentque sui

Ergo quid injuste patiuntur? gratia tanti

O! Ubii cives illa laboris erit:

Hæcne patrum merces qui se vitamque dederunt,

Ut possent Ubiaæ consuluisse rei.

O! patricidam *Gulich* cacodæmone natum.

O! urbs sacrilegi mater adulta gregis?

Non debacchatum satis est? ecclesia Patrum

Anne suæ oculis est quoque facta tuis?

Illa tuam satiare famem debebat? aberras,

Non est conveniens funibus illa domus.

Concipias quæcumque placent, conceptus in auras

Ibit, & ille tuus partus abortus erit.

Non quod plebs statuit quod Dii voluere futuram est,

Proposuisse hominis, disposuisse Dei est

Quam lojola tenet nunquam violabitur ædes,

Quidquid *Gulichius* plebs fera quidquid agat.

Hæresis occlusam pulsavit saepius urbem.

Urbis ab ingressu lena repulsa fuit

Atque repelletur posthac quoadusque vigebit

Ordo patrum, nulos sustinet ille lupos.

Atra serenatum captivent nubila olem

Ejiciant sorores ora maligna suas.

Proscindant, lacerent verbis mendacibus, urbem

Infaruent, quidquid passio dicta agant.

Ingratis servire, pati diæteria, plebi

Cedere succenso ligna negare foco.

Parcere posse reis, nulla feritate moveri,

Inque bono semper vincere posse malum.

Spernere vindictam, nulli nocuisse, nec ullum

Unquam sub ficto corde fovere dolum.

Ignoisse malis, cumulasse favoribus hostem,

Nunquam virtutis transaluisse scopum.

Hæc

Hæc documenta suis lojola reliquit alumnis,

Hæc servasse patres urbs mea testis erit.

Vis exempla? dabo, nil augeo, cognita passim

Facta, quibus dubium nemo movere potest.

Vina soCleratIs aD theaVM InIVste ar-
restant Vr & præ geLV fere pereVnt.

Ad rhenum devenia Patruin nova vina jacebant

Plausta fuisse decem vel duodena puto,

Acris hyems aderat, merito fueratque timendum

Ne vinis posset forte nocere gelu.

Exoneraturi navem de patribus adsunt

Nullus at è famulis nauta nec ullus erat.

Dum venitint, renuunt, clamant vetuisse Senatum.

Absque Magistratu nil modo posse geri.

Attoniti Patres abeunt, & vina relinquunt,

Sed nil, quod minimum laderere posset, agunt.

Rectori referunt, & dicta peractaque narrant,

Mox consultores Convocat ipse suos.

Quid sit opus facto, quærit dubitatur utrumque,

Est adeunda statim curia, rector ait.

Dixit; & exivit, veniamque à consule poscit

Ut licite valeant vina petita vehi.

Id scripto sed & ore rogit, nil impetrat, omnis

Curia consensum, se dare posse negat.

Impositos denos planstro cuicunque daleros

Aut solvi, aut vini vasa relicta volunt.

Hæc nova lex est, Rector ait, Cleroque repugnat,

Liber is est, liber semper & ille fuit.

Curego primus ero, qui privilegia frangam?

Non est in nostra jus violasse manu.

Quid faceret? mutus, surdus, brutusque Senatus

Perstitit, effectum est nil, nihiloque minus.

Bruma superveniens, & vix tolerabile frigus
 Quid damni tulerint nauta Patresque sciunt.
Sic ea vina gelu nimium constricta perire
 Vidi mus, id qua re meruere Patres,
Hitamen haec animo cladem paciente tulerunt
 Hostibus optantes omnia fausta suis.
Sed quod proscriptos cupiant & ab urbe remotos
 Se conservatos à quibus esse sciunt.
Plebs impune suam quod & exerat impia linguam
 Quod vi Collegas expoliasse velit.
Quod socios variis pergant vexare tributis,
 Convictumque novum continuare vetent.
Virginibus (quæ devotæ pro more vocantur)
 Velle puellares præripuisse seholas.
Quod nihil aut odii , nihil ut rancoris & iræ
 Prætereant , nova tot , quod mala sape coquunt.
Quod velut horrendam templarius ordo ruinam
 Passus & extinctus totus in orbe fuit.
Sic lojalèam deceat quoque tollere gentem,
 Gens ea quod fraudi nata sit atque dolo.
Hæc licet ipse Cato foret unumquemque movere
 Nonne suæ mentis de statione queunt?
Quid facerent Patres? quid tu cum rana coaxas
 Nonne coaxantem spernere doctus abis?
Nil illos maledicta movent, virtute reguntur,
 Sunt velut in medio petra quieta mari.
Hostilem frangunt tranquilla mente furorem,
 Committunt uni cuncta peracta Deo.
Gaudentes faciunt quod regula riandat amoris
 Obsequiis urbem servitiisque replent.
Ando quod addendum Patrum mihi gloria suadet,
 Carminis id facinus turpe coronis erit,

In patres è societate in domo virginis notens
terribiliter vexant vr.

Inter devotas patribus gratissima virgo

Divitius, vinis, ædibus, ære potens.

Nomine dicta Nethens Patrum faustissima mater

Fecerat hæredes hos moriendo suos.

Cognatos pupugit res hæc, qui forte putabant

Tam lautum patres dedecuisse bolus.

Quidquid cognati facerent, bolus ille remansit

Patribus, id vigilans cura laboreque fuit.

Hic quoque piscandum rata plebs, hæredibus instans

Sub male quæsito multa colore petit.

Author quis fuerit, quis & iustigaverit urbem,

Instinctor nemo cum velit esse, premo.

Id solum retero, quid sit de Patribus actum,

Non sunt ulla mei cætera facta fori.

Mortua virgo sacram Patrum defertur ad ædem,

Nam testamento cavit id illa suo.

Pompa sepulturæ lucentibus undique tædis

Suætibus haud parvis rite peracta stetit.

Mobilis interea fuit exportata supellex,

Quæque dies nequiiit, nox latebrosa tulit.

Dura que ita funereos vacuant sine lite penates

Vix pretii ullius, quod remaneret, erat.

Rhenani sed plaustra aliquot præstantia vini

Tam subito è cella non potuere trahi.

Illa tamen firmata seris & clausa remansit,

Omnia credebant tuta fuisse Patres.

Una domus custos Patribus conjuncta duobus

Servabat viduos nocte dieque lares.

Dum nihil adversi metuunt, pulsatur ad ædes,

E Patribus quendam forte fuisse rati,

Ancillam referare jubent, ipsique propinquant,
 Visuri, quis sit quid velit atque ferat.
Dum referant, urbis cito Commissarius intrat,
 Jussa Magistratus perficienda moneret.
Præcipit ire foras ædes nunc esse Senatus
 Nil lojolæum juris habere gregem.
Ire foras renuant, quod Commissarius urget,
 Per famulam accitus Rector & ipse venit.
Scire petit cautam, prætensio ficta movetur.
 Urbis, non Patrum, dicitur esse domum.
Rector abit, remanent socii, repetuntque cubile,
 Urbica turba domus inferiora tenet.
Incepunt debacchari, clamor suis ædes
 Opplere, audaci vertere cuncta manu.
Diffrigisse fôres cellæ, promplisse falernum,
 Omnia ad arbitrium disposuisse suum.
Cum famula patres unum conclave tenebant,
 Hæc devota Deo virgo erat atque lenex.
Defunctæ Dominæ multis serviverat annis,
 Jam sibi jam patribus virgo pudica timens.
Quod virgo, Jesuita pater quidcunque rogarent,
 Surda erat ad sacras turbâ profana preces.
Principio egressus facilis liberque dabatur
 Post breve sed vetitum jus id utrique fuit.
Uno nam jussi tres hi remanere cubili
 Quæ mala sint passi imusa referre nequit.
Vah! meminisse pudet, decertabatur utrimque
 Cedere nolebant de statione patres.
Nil magis optabant reliqui, solique manerent
 Quærebant Domini jugiter esse domus.
Non tamen ire domo, vi vel terrendo jubebant,
 Ne possent solida cum ratione queri.

Solum submitti potumque cibumque negabant
 Ut licet invitox cogeret ire fames.
 Hæc alimentorum subtræctio barbara multos
 Est siue subsidio continuata dies.
 Arctus erat stomacho panis, jejunia ventri
 Vix Scytha vel Maurus taliter ipsius agit.
 Ni per postremas submissa subinde fenestras
 Elca foret, certæ victima mortis erant.
 Ast quoque versutos casu deprehensa per hostes
 Sunt hæc furtivæ gaudia curta spei.
 Hinc postquam tenuis consumpta annona fuisset,
 Nec via pellendæ jam foret ulla famis.
 Mox convalescunt statuunt discendere rebus,
 Iussio rectoris namque ea certa fuit.
 Dilcessere patres et claque meroque relicto
 Latit Collegas reppetiere suos.
 Quid post sit factum certi nil constat, id unum
 Quod potata meri multa sit amaricio.
 Relligiosorum quisnam plus passus in urbe?
 Damnaque præ patribus quis graviter tulit?
 O! pecus ingratum: te te compello rebellem
 Ingenuos urbist tollis honore viros.
 Hæccine tantorum merces est justa laborum?
 Quos pro te vigiles sustinuere viri.
 Quis magis impendit tibi se? quis plura peregit?
 Quis male constantem præstigit ordo fidem;
 Mensuram scelerum pergas implere tuorum,
 Quæ te castiget virga parata jacet.
 Enquinquennali finem dabit ultio ludo,
 Mercedem capient mox tua facta suam.
 Fulmine percussi modo tres sua crimina plangunt,
 O! utinam planctu sufficiente gemant.

Cæsaris optatum graditur commissio passum,
 Plurima jam tandem, quæ latuere patent.
 Cuncta quieta manent, calcata rebellio, *Gulich*
 Captus jam laqueo stringitur ipse suo.
 Exulat ex ilium, plebs nulla tribusve movetur
 Antiqui facies est renovata status.
 In latebris se curra suis modo continet ædes
 Raptorem nullum, quem vereantur, habent.
 Det Deus, ut meritas det facta rebellio pœnas
 Ut pereat, tanti quæ fuit ansa mali,
 Unio venturum post hæc liget una senatum,
 Communi studeat consul ularque bono.
 Cura nepotissimi pereat, pereatque similitas,
 Nummorum vacuae sint ab amore manus.
 Sic erit expulsæ reddenda colonia paci,
 Non erit à minima seditione timor.
 Plura superfuerant, sed quis canet omnia vates?
 Musa quod hæc cecinit, sit cecinisse satis.

Ad Lectorem

Lector amice vale finit pars altera metri,
 Tertia pars, gladios, flagra necesse caner.

pLebI Vblæ oMnIa fInIo& faVsta eX CorDe
 VoVeо.

Sed-

139

scDitlosæ & In propria VIſCera s̄eVIentIs Vg-
bIs Vbīx pars VLtIMa.

a Fili mi, si te laetaverint peccatores (rebelles) ne
acquiescas eis, si dixerint , veni nobiscum, insidie-
mur sanguini , abscondamus tendiculas contra inson-
tem fruſtra , deglutiamus eum sicut infernus viventem,
& integrum quaſi deſcendentem in lacum, omnem præ-
tiosam ſubſtantiam reperiemus : implebimus domos
Noſtras ſpoliis, forterea mitte nobiscum, marsupium ſit
omnium noſtrum; fili mi ne ambules cum eis , prohibe
pedem tuum à ſemitis eorum, pedes enim eorum ad
malum (ad mortem, gladium, furcam, exilium) cur-
runt, & festinant ut effundant ſanguinem, iþſi quoque
contra ſanguinem tuum insidiantur & moliuntur frau-
des contra animas suas. (a) prov.1.v.5.

(b) Time Dominum fili mi & regem , & cum de-
trahoribus (ſeditioſis) non comiſcearis , quoniam re-
pente conſurget perditio eorum. (b) Prov.24.v.21.

(c) Ne pecces in multitudine civitatis nec te immi-
tas in populum , nec enim in uno eris immuniſis. (c)
Eccl.7.

(d) Nefariæ ſeditionis Authores ſanguine luant
quod admiferunt. (d) Tit.liv.28.C.29.

(e) Etiſ omnium calpa fuit paucorum tamen ſit
poena. (e) Tac.hift 84.4.

(f) Et unde orta culpa eſt, ibi poena Conſistat. (f) liv.
28.C.26.

(g) Ut poena instar fulminis ſit, fulmina enim paucorum
periculo cadunt, omnium metu, (g) Cic.in orat.
pro Clientio.

Bene-

BENEVOLE AC CURIOSE LECTOR.

PROdit denique ceu redivivus è cineribus phœnix rebellione subie pars tertia & ultima qua civi donanda fuerat ante annum & diuidium, jamque ad calcem perducta & manu propria exscripta erat tetrici & morosi hujus operis nocturna potissimum elucubratio, evertit propositum furiosa & incendiaria gallorum tyrannis : qui post extortos a parochia mea Honeffensi intra trium mensum nondum plene evolutum intervallum quater mille imperiales, promissamque sacrosancte securitatem exustis na cum elegantissima ecclesia & antiquissimo facello decentis edibus totidemque horreis ac torcularibus domum quoque meam vulcano consecrarent.

Hoc per gallum excitatum est incendium anno 1689.
24 Maii die martis, septima qua est ante pentecostes sub horam 8. matutinam, & inira trium horarum spatiū Honeff fere rotum aut certe porissimam ejus partem igni absumpsit. Quo factum, ut qui ab omnis malitimore securi vivebamus, omnium quoq; rerum jacturam fuerimus perpeſsi. Devoravit hoc fatale incendium omnia prope adversaria collecta, manuscripta, conciones supra bis mille, & insanos 40 prope annorum labores quos evolvendis plurimi Bibliothecis impenderam. In favillas quoque abiit hec postremarebellionis pars, qua causa fuit, ut de ea redintegranda omnino desperaverim que enim tam vasta est memoria, ut tot centenarum versuum recordari. & in ordinem pri rem reducere se posse prasumat? Cum ecce dispersa per diversas in tuto herenies cistas (ut in tur multuaria ejusmodi rerum Confusione omnia corradi & in unum promiscue conjici solent) inventio prima Compositionis schediasmata, que extracta novoque labore exscripta in hanc quam vides formam redacta tibi Curiose lector communico, ut quia euulgatum à me rebellionis

lionis principium & progressum placuisse tibi intelligo,
eiusque exitium & dignas rebellionis pœnas elegiaco
Carmine per me descriptas tibi & posteris tuis asservare
posse. Hanc vero operam meam sive exortulas, sive depri-
mas, perinde est iudiciis & Censuris nec erigor nec dejuri-
cior optimis informationibus, impressis quoque Cæsareis
decretis sententiis ac suppliciorum causis typo vulgatis
innexus, à vero me aberrare non posse credidi, quod si (ut
quidam sustinent) in prioribus rebellionis partibus ge-
ruinam rebellionis originem non omnino attigi, fateor
studio me prateriisse, quamvis eam hinc inde licet aliquan-
to rectius & subabsure lectori prudenti & rerumgnaro
indicaverim malo in hoc punto ignorantie argui, quam
seditionis Causam revelando oleum ignis affundere.

Sufficiat Rebellionis quinquennalis, qua duplcem il-
lam Anni 1483 & 1513 & furore & temporis diurni-
tate longe superavit, periculisissimum fonsitem sublati &
ejectis plerisque rebellibus ante extinctum esse, quare
aliena potestas rei bene gerunda occasionem nacta spon-
sam toties petitam, semperque negatam rebellione para-
nympha sibi devincire posset. Vale mi lector, & si exspecta-
tioni tua me satisfecisse judicaveris, vindicem rebellionis
& Colonia ac tue fideliumque Civium Conservatorem
Deum meum laudare ne desiste qui sum tuus in Domino
servus

In Henef 1690, Calendis Januarii

F. X. T. P. L. Pastor
& S. C. S. & C. imp.

Elegeia

E L E G E I A . I.

Sive

XorDIVM partIæ tertIæ eXeCVto-
rIaLIs.

Adgenerum Cereris rarus cum pace tyrañus,
Rarior at sicca morte rebellis obit
Prætero Cajos, nolo meminisse Neronum
Galba tuam novit subdolus Otto necem.
Si modo Romanæ monumenta revolveris arcæ
Cogeris verbis addere vota meis.
Abstineo externis, & iola domestica narrō
Urbs mea sat rerum materiæque dabit.
Namque quot & quantos plebeia Colonia motus
Sæpe dedit ? quævis sancta tulere novos.
Novimus ejecto populum rexisse Senatu
Novimus inductas ad mala summa tribus.
Fecerunt Ubii quæ non fecere tyranni
Fascibus audaces implicuere manns.
Sæpius attritam plebs seditionibus urbani
In tragicas rapuit flenda per arma vias
Sed veluti (modicas quæ vicit ephemeras horas)
Emoritur primo quæ fuit orta die.
Sic neque per multas stetit ulla rebellio messes,
Sed finem vidit lapsa repente suum.
Scilicet hæc constans remanet vindicta Deorum
Ut pereant, alios qui periisse volunt.
Aspice Gulichium quem nomino, nomino pestem
Ætas cui nullum vidit in urbe parem.
Cum puer ille scholas tererer, fuit esse putatus
Optimus, & magna planta tenella spei.

Con-

Compositum reverens ornabat gratia vultus
 Motibus ingenuis, pectore mitis erat.
 In studiis primus licet haud foret, ultimus esse
 Noluit, in medio tutius esse ratus.
 Et condiscipulis gratus, charusque magistro
 Impositum gaudens expediebat opus.
 Nil quot erat vetitum, nil quod puerile gerebat
 Ante diem visus deseruisse nuces.
 Pauca loquebatur, taciturnus ad omnia pressus
 Sæpe labris tectum corde coquebat olus.
 Hæc mihi qui retulit, fuit in trivialibus ipsi
Gulichio præsens persæta tria scholis
 Sed vix conspectis primo de limine musis
 Grammaticam jussit tyro valere suam.
 Sic rude donatus (rude se donaverat ipsum)
 Ad mercaturam totus anhelus abit.
 Lipsia Saxonæ præstans urbs plurima spondet
 Commoda, *Gulichium* Lipsia sæpe vider.
 Comparat hinc varia diversa ligamina formæ,
 Hinc non vulgares eliciturus opes.
 Sed nova *Gulichii* ipem mercatura sefellit,
 Fecit & obstricto debita magna viro
 Donec deseruisse viam cum labe coactus
 Privatusque domi delituisse fuit.
 Inde suas alio cœpit traducere curas
 Ut posset lapsum restabilire suum.
 Parvula tunc Ubiam volitans scintilla per urbem
 Visa fuit quasdam corripuisse domos.
 Extingui poterat prima scintilla sub ortu
 Spreta, sed ingentes mox dedit illa rogos.
 His magis augendis quia non erat aptior ullus
Gulichio cœptum mox adolescent opus.

Nam

Nam minime cunctatus abit, diversa per urbem
 Tecta petit, varios sollicitatque viros.
 Pessima divulgat, regerit vulgata, senatum
 Increpat & multos in sua vota trahit.
 Accrescit numerus, tandem scintilla fit ignis,
 Urbs patitur, cœunt in nova busta tribus.
 Materiam subita flammæ vetus ira ministrat.
 Ira sub offenso pectori mira coquens.
 Ambitio stimulat choleram, tenet ultiο follem,
 Livor se comitem præbet, & addit opem.
 His ducibus gradiens nova per vestigia *Gulich*
 Urbis se dominum plebe favente facit.
 Dejicitur, capitur, multatur, ad impia contul
 Cogitur, ad motus plebs tremit ipsa suos.
 Cernitur afflcta facies miserabilis urbis,
 Augetur rabies, crescit eundo furor.
 Calcantur leges violantur jura tyrannis
 Vim facit urbs odiis scissa videndo perit.
 Cui ia clausa bonis tcurris stat aperta, rapinis
 Omnia compleri qui videt ille gemit.
 Cæsar is hungarico distracta potentia bello,
 Quod vi non poterat, per sua jussa facit.
 Dissuaderet, reprobat, monet, avocat, imperat urbi
 Fulmina, si perget despississe parat.
 Urget id elector Trevorum scribit amica
 Urbs ut se revocet tempus adesse manu.
 Nec minus ardenter princeps neoburgicus instat
 Nec plebs cæsarea cogat ad arma minas.
 Consiliis clausas urbs obstruit omnibus aures,
 Nil Trevir Elector, Dux nihil ipse potest.
 Pergitur, effractis furibunda rebellio lovis
 Fertur quo ferri rancor & ira solent.

Nil

Nil ratio, nil ulla juvant motiva, nec urbis
 Ni gressum relegant interitura salus.
 In desperatos *Gulich* se projicit ausus
 Cæcus & in propriam provolat ipse necem.
 Crediderim furias cor posse esse maligni
 Ut moliretur crimina tanta virtu.
 Quis vidit similes tam longo tempore motus,
 Motus tam varius, qui peperente scelus.
 Fors Leopoldino sibi nil à marte timebat,
 Aut componendum forte putabat opus.
 Fors nimium fidit populo, populique favori.
 Omnia per populum tuta futura ratus.
 Fors etiam, certi nil assero, forte propinqua
 Militis externi se recreabat ope.
 Ast ut ut id fuerit tam mira protervia, tergo
 Quo fulciretur vix caruisse potest.
 Audivi variis plenas discursibus ædes,
 Falsa licet veris plurima mixta forent.
 Quod dederit miras exorta rebellio turbas
 Vidimus, in cunis novit id omne puer.
 Sed quid *Gulichium* cause permoverit, urbem
 Implicitam tantis vellet ut esse malis.
 Id paucis, nisi queis schola tecta politica notum est;
 Multa sub hac ubia seditione latent.
Gulich felis erat, cuius pede callida flammæ
 Subtraxit calidam simia castaneam.
 Simia quæ fuerit triplicata vel unica rantium
 Non satis est tutum dicere, lingua file.
 Subdelegatis paulo post cuncta patebunt
 Mercedem capiet simia & ipsa suam.
 Nemo rebellantum vixit quem justa seniles
 Ultio permisit posse videre dies.

Umbra suum Solem sequitur vindicta tyrannum

Omne scelus suum (cum venit hora) capit.

Vidimus ubiacam calcatis legibus urbem

Per mala quæque rota precipitante vehi.

Tota putabatur res desperata, rebelles

Crescebant animis, marte, favore, viris.

Qui quinquennali posset succurrere morbo

Unicus in terris is Leopoldus erat.

Ille sed infestæ fracturus cornua Lunæ,

Ferre quidem cupiens, ferre nequibat opem.

Hos quia credebat per plurima tempora motus

Continuatueros crevit in urbe malum.

Ingentem plures hinc concepere dolorem

Forte rati vigiles non superesse Deos

Errarunt, Deusest, vigilat Deus, omnia cernit,

Actio testa Deum nulla latere potest.

Figit tardantes ulturus crimina gressus,

At manus est vere ferrea quando ferit.

Verba movent exempla trahunt, exempla dabuntur,

Quæ moveant ipsos jure trahantque Scythas

Legitimum posthac exauthorare Seuatum

Civis ut effugias digna flagella, cave.

EL E G E I A II.

qVIinqVe sVbDeLegatI CæsareI agIppInam
reVertVntVr.

Subdelegatus per pauca reliquerat urbem

Tempora, cur iret, causa sat ampla fuit.

Quid facerent ubi nulla quies? ubi certa ruinæ

Signa? ubi confusum nil nisi triste chaos?

Quid facerent inter dubiæ vagæ murmuræ plebis?

Spes ubi nulla boni, nulla salutis erat?

Exspe

Expectabatur resolutio danda per omnes
Quid fieri vellet Cæsar's aula, dies.

Sed quia tardantem nimium videre Viennam

Tantis per patios repetiere lares,

Hic Legatorum discessus pluribus ansam |

Ut formidarent pessima quæque dedit.

Et sua post abitum mox erexere rebelles

Cornua, tuta satis jam fore cuncta rati.

In varios acuunt iterum sua spicula cives,

Ad multam Dominos, quos jubet ira, trahunt.

Semper at ambiguis lipes impia possidet horas,

Et quo non credis Sole repente, cadit.

Talis & Ubiacæ male cauta rebellio plebis

Vidit, & exitium flevit adesse suum.

Subdelegati redeunt, terroribus urbem,

Mens mala namque solet tutæ timere, replent.

In varios abeunt tribuum suffragia sensus

Pars quod amica cupit, pars inimica veterat.

Scinduntur studiis, crescit discordia, civem.

Plebs in transversum seditiosa rapit.

Gulichius glomeransque minas, speransque furores,

Dum videt interitus signa propinqua sui.

Se parat ad bellum, movet omnia, concitat urbem

Convocat ad notam perfida membra tribum.

Sed velut insanus clamoribus aggravat aures,

Sus maestaturo sub lanione jacens.

Sic quoque funestum cernens fera bellua finem

Porcorum ritu grunnit, & emoritur.

ELEGIA III.

Vrbs agrippInensis De perlCVLO sVo Vatle &
se Verè MonetVt.

Quamlibet optatus niteat sine nubibus æther
Prænoscunt pluviam cuncta creata diem.

Exoneratus solitam, nam Jupiter urnam
Dum sua paulatim nubibus astra tegit.

Verberat anser aquas, sparsimque ciconia nullus
Ordine servato vel duce sola volat.

More suo citius bubones antra relinquent
Ardea flante noto vœta fluenta petit.

Corvus plus etocitat, pescisque jocatur in undis
Tergore supremas eminet inter aquas.

Et lambunt armata pedem, terramque molossus
Eruit, audaci mordet & ore pulex.

Quæ solet alta suis sulcare per æthera pennis
Quando pluissè cypit; carpit hirundo solum

E nido plenis prodit glis, misque catervis
Fumus descendit, flat crepitatque focus.

Flens aurora rubet, Sol urit, cynthia pallet,
Sal densum fluidæ more liquescit aquæ.

Stagnantes grandi fœtent sub odore cloacæ
Vulnera quæ dudum clausa fuere, dolent.

En tempestatum norunt hæc omnia ten' pus
Et dant notitiae prævia signa suæ.

Vah pudor! unus homo cæcus manet, atque ruinam
Quam vindicta parat justa, videre nequit.

Quid rogo vos Ubios valet excusare rebelles?
Signa secuturæ quæ præiere necis?

Ex cathedris quoties moniti jussique fuistis
At tabula cauta mox removere manum?

Quid?

Quid? quod ad obstrictam poterat conducere pacem

Quid prætermissum nocte dieque fuit?

Omnis unanimi conspiravere labore

Ut possent Ubio consuluisse bono.

Quis quoque se magnos interposuisse dynastas

Novimus, at cura hæc una, laborque fuit.

Ibatjin antiquam contempto Cæsare lylvam.

Insistens cæptis lena proterva suis,

Imminet interitus, nemo videt esse, periculum

Salvi qui possent esse, perire volunt.

Fit nova colluies hominum: coit undique vulgus,

Innocuus premitur, turba rebellis ovat.

Subdelegati cum dissimulando notarent

Nil exoptata posse venire spei.

Clamque palamq; monent, urbem resipiscere mandant,

Frangi Cæsareæ fulmina posse manus.

Si pacem reniant, si subjecisse rebelles

Se nolint veterem continuando viam.

Aëtum de Gutich, Sax atque rebellibus esse,

Nec Leopoldinum fulmen inane fore.

Hoc ut per totam fieret manifestis urbem,

Spargi per cunctas mox voluere tribus.

Pars potior voluit resilire, sed obstitit unus

Qui fuit in teta seditione caput.

Hinc nihil est aëtum, plenisque rebellio velis

Naufragium voluit sponte patare suum.

Consilio, sensu, suafis & lumine privat,

Punitum nemesis quem Jovis æqua cupit.

E L E G E I A IV.

ConsVL roDenkIi Chen aC qVæstor sChnItzeLer
 Contra sVbDeLegatos agentes sVb pœna ban-
 ni parere seseqVe sistere IVbentVr.
Exremo quamvis inter se dissita nexu
 Corpore in humano sunt caput atque pedes.
Jungit utramque tamen stabilis connexio partem
 Atque dolere simul pesque caput que solent.
Dicitur & vere est quævis Respublica corpus
 Continet illa caput, continet illa pedes.
Sunt caput, hanc justo titulo quicunque gubernant
 Subditus officium præstat ubique pedis.
Ni caput intendat pedibus, capitique vicissim
 Exhibeant prompti debita jura pedes.
Deficient vires, languebunt corporis artus,
 Pax cadet, interior definit esse quietis.
Cur tantos dederit turbata Colonia motus,
 Causa patet, voluit pes simul esse caput.
Corporis inversus fuit ordo Curia plebi
 Paruit, & primo fax stetit ima loco.
Qui poterat, qui debebat dare jura Senatus,
 Subjectus populi legibus ipse stetit.
Quin quoque Cæsareis fuit ausa resistere jussis
 Plebs inconsulti mater acerba mali.
Hos inter tubi notus de nomine templi
 Hujus & assessor Schnitzeler alter erat.
Hic duo continuis lacerare tum multibus urbem,
 Bella ferre tribus cogere, nolle jugum.
Hic duo follis erant quo civica flamina per urbem
 Crevit, & illorum plebs ea fecit ope.

Ingre-

Ingrediare tui **Consul**, penetralia cordis
 Dic quæ dicturus cum morieris, eris.
 Illa renitentis temeraria gesta popelli,
 Illa tot innocuis tormenta facta viris.
 Illa negata suo capiti submissio constans
 In mala plebeius perpetuanda furor.
 Quorum consiliis hæc attribuenda fuetunt?
 Consiliis dicas sunt ea facta meis.
 Dic quibus exilium pacis, discordia, livor
 Dic quibus eversi laus tribuenda status
 Cujus ab impulsu, quo persuadente **Senatus**
 Est veter exuta jussus abire toga?
 Quis populum induxit, subdelegatio finem,
 Ne quem sperabat posset habere suum.
 Nunquid erat **Consul**? nunquid cum **Consule** **Quæstor**?
 Nunquid erat motæ plebis uterque reus?
 Nil addo, nil demo meis nil augeo verbis
 Quæ mandata ferunt **Cæsar**is, illa cano.
 Aula Viennensis tantos simulate dolores
 Ulterius nolens per nova jussa monet.
 Cuditur exemplò decretum, mittitur ipsas
 Ad ruber templi traditur atque manus.
 Accipit ejusdem **Quætor** mandata tenoris
 Cæsar is ambo legunt jussa, fricantque caput.
 Octidui spatio se submisso jubentur
 Atque rebellantum deseruisse latus.
 Optata fides in pace relinquere cives
 Protinus à captis abstinuisse stis.
 Quidquid in hoc puncto **Consul** **Quætor**que resolvant
 Id firment calamo teste vel ore palam.
 Hoc si præscripto non fiat tempore, Banni
 Fulmen, quo merito percutiatur, adest.

Seite cupis bannum **Consul**, quæ poena sequatur
 Iliadem in parva **Consul** habeto nuce.
Tota facultatum substantia pascua, campi,
 Cum sylvis villæ, prædia, prata, domus.
Quidquid communis verbo stipale vocatur,
 Et quæ mobilium nomine dicta volunt.
Omnia sunt fisci, tibi portio nulla manebit
 Nil erit in tuto (vita nec ipsa) statu.
Pauper in exilio vivet cum prolibus uxor,
 Et flabit torrem tempus in omne suam.
Ceu medium insulsans volucris liberrima cælum
 Exposita est cunctis, quæ patet æthra, globis
Sic daberis præda **Consul**, sic Quæstor in omnem
 Formidare potest et pericla diem.
Insidias quamvis certo patieris in horam
 Non erit ullius paxque salutis que boni.
Vita suum pretium, quando capieris habebit
 Nec tua mors lucro destituenda tuo est.
Immortalis erit tu post tua funera labens,
 Æternum stirpi surget in urbe probrum.
Hi sunt effectus banni mi **Consul**, an illos
 Appetis? o Quæstor nam holus ille placet,
Si non affectas, si displicet ejice virus,
 Sub desperato quod tibi corde latet.
In manibus stat vita tuis, tibi cedere parinam,
 Quæ tegat, & telum, quo moriare, potes.
Octo dies possunt, si vis te reddere faustum
 Octo dies possunt parturisse necem.
Terminus hic risus, est terminus ille doloris,
 Elige, quod fugias, quodque sequaris habes.
Consilium sed utrique dabo, resipiscite, tempus
 Vergit ad occasum, causa rebellis abit.

Cedite

Cedite cæsareis, & vos submittite, jussis,
 Si facitis, certo cæsar is ira cadet.
 Sero phryges sapnere, moram traxisse dolebit
 Et post octonas janua clausa dies.
 Si tua servari consul cupis, abijce fasces,
 Quæsturamque procul Schnitzeler esse jube
 Est utriusque salus, aquilæ rediisse sub alas,
 Morsat utrique gravis, nolle redire manet.

E L E G E I A V.

ID absq; Ve Mora sVb perpetVa pœna banni IV-
 bet Vr præstare senatVs CoLoniensis,
 Inchoat à semino semper veritque deorsum,
 Fœmina purgatam quæ cupit esse domum.
 Consul erat monitus monitus quoque quæstor, acerbas
 Queis intentatas legimus esse minas.
 Cum totum languet corpus, medicina paranda est,
 Quæ caput atque pedes, cunctaque membra levet.
 Tristis, & interno correpta Colonia moib;,
 Quamvis sanari nollet, egebat ope.
 Cæsar erat medicus, moib; vis cogita lenta
 Submittebatur tarda medela inauii.
 Non erat in verbis effectus, nullus in herbis
 Spes in verberibus tota salutis erat.
 Cumque pedes nullam vellent peterenque medelam,
 Sunt data quæ capiti pharmaca fausta forent.
 Mittit ad intratum cæsar mandata senatum
 Et male quæ fuerant puncta petita, negat.
 Vult ut consuetum teneat commissio cursum
 Hæc quod præcipiet mandat ut illud agant.
 Contra perficta si fronte resistere pergent,
 Si pergent læsi cæsar is esse rei.

K

Si

Si non restituant quem dejecere senatum,
 Si perstent clausas nolle aperire tribus,
 Si non exclusos cives, plebisque tribunos,
 Permittant tribuum jure laeoque fui.
 Si toties jussi nolint reinovare rebellem
 Gulichium, ut plebi pax sit, & alta quies.
 Extrema & tanto condigna furore sequentur
 Supplicia, urbs banni vincula justa feret.
 Explodent ubium comitia postera votum,
 Imperii sedem nulla diaeta dabit.
 Claudetur rhenus, stabunt commercia, cunctas
 Obstructas flebit civis ubique vias.
 Obruget haec ubiam facies lachrymabilis urbem
 Et faciet variis interiisse modis.
 Heus! quid agis? nondum glomerata pericula cernis?
 Si cernis? quare dic non fugis? euge fuge.
 Subjicito plantas capiti, venerare viennam,
 Cæsar is in blanda stat tua vita manu.
 Si male cœpisti, male nil cœpisse nocebit,
 Principium nunquam, finis obesse solet.
 Quin igitur primos (quia adhuc licet) elue nævos,
 Ex hoc laudato pax tibi fine venit.

ELEGIA VI.

bannI CæsareI eX aDVerso rheinI fvnebris per
 tVbas proMVLgatio.
 Post denas pharao submersus in æquore plagas
 Fel quoque mansuetis vidit inesse diis.
 Impius in scelerum foveam cum venerit, omnem
 Abjicit & pœnæ suppliciique metum.
 Nescius occultas dea quod thamnusia virgas
 Ad castigandum crimina cuncta paret.

Dum

Dum Moysi insultat vitæ securus abyron

Absorptus terræ faucibus antra petit.

Vindictam socio junctus catilina lethego

Quo non credebat fensit adesse die.

Punitura quidem lenti sunt numina passus

Supplici pensant sed gravitate moram.

Galichius, Sax Westhovius trias horrida, quorum

Par & ubique celus, par & in urbe furor.

Quo sunt progressi? quo perfidus abstulit error?

Quam discordantes intonuere tubas.

Quis tumor & stolido comitata superbia fastu?

Quæ tribus ambitio? quantus honoris amor?

Quanta supercilii gravitas? quam nescia flecti

Barbaries? belli quæ tribus hisce famæ?

Sub tribus his ubi, quæ conspiratio vulgi?

Sub tribus his miseræ quanta hibido necis?

Incluabundos tribus his se subdere fasces

Flevimus & furias cuncta per halce regi

Stabat ad horrendas stupefacta Colonia turbas,

Stabat & haud similis cæperat esse sui.

Flebat abesse bonos, deflebat adesse ruinam

Damna timore trium in ille coacta pati.

Subsannabantur spretæ mandata viennæ,

Passus censuram Cæsar & ipse suam,

Externus stimulos subdebat in omnibus abbas,

Impia cognati facta luemque fovens.

Hoc aliisque malis *Galich* seductus amicis

Noluit à primo calle referre pedem.

Frenduit hæc sextum commotio plebis in annum

Annus at hic tandem meta fororis erat.

Ant raro aut nunquam mala spes vel causa triumphat

Et cum vetricem se putat esse cadit.

Quæ

Quæ mala dissimulant dñi justo tempore plectunt
 Nulla fugit pœnam culpa patrata suam
 Quod grave complures impune remansit in annos
 Sæpius infelix invenit hora scelus.
 Id quoque *Gulichio* factum, cum nulla rebellem
 Posset ad obsequium vis revocare virum.
 Ultima radici tandem est admota securis,
 Ut caderet per quem factio tanta stetit.
 Augusti mensis decima cum nocte resurgens
 Undecimum pareret phœbus in orbe diem,
 Subdelegati trajecto fulmine navi
Mulhemium visi sunt properante vehi.
 Pagus hic aut pago melior neque pluribus impar
 Urribus, à domibus nobilis, atque situ
 Urbs poterat fieri, forsitan quoque facta fuisset,
 Cæsar at incepsum radere jussit opus.
 Huic etenim nimium vicina Colonia pago
 Causa, quod urbs fieri non sineretur erat.
 Ex ubiis quotquot Calvini sensa loquuntur
 Hic exercitum religionis habent.
 Divitiisque valens, numerosus & incola sensim
 Auctior hic stabili, sede locatus agit.
 Hic mercaturam, varias hic conspicis artes,
 Conspicis in fausto pleraque stare gradu.
 Pagus hic omigenæ præbet compendia mercis
 Quidquid Agrippinæ quartis id ille dabit.
 Est ubiis paulo demissior altera theni
 Alluit effuso flumine ripa domos.
 Altior obliquo videt hunc urbs ubia vultu
 Et dolet hue lucrigaudia curacta trahi.
 Pertinet ad montes locus hic crebroque suorum
 Hic pernoctantum gaudet honore dñcum

Novimus hic patriæ servatas s̄æpe diætas
 Et procerum illustres hic coiffè choros.
 Huc quoque (fors ubiæ timuere pericula plebis)
 Subdelegati se voluere veli.
 Proxima *Mulhemio*, quæ stat mola, conspicit agrum
 In quo lapsa recens, furca bifurca stetit
 Hic cum solenni subdelegatio pompa
Mulhemio veniens sistere mandat equos
 Omnibus arrestæ stant spectatoribus aures
 Intellecturis mira quid ista velint.
 Iasonuere tubæ, præconis voce citatur
 Seditiosorum ter maledicta cohors.
 Ad breve pausatur spatiū, tuba jussa secundum
 Clangit, prætoris vox iterata vocat.
 Pausa fit, & tristem tuba se disponit ad actum
 Tertia funestæ sed tuba mortis erat.
 Induitur pallo tuba nam feralis amictu,
 Clangere quamque nequit, plangit amara necem.
 Vertitur in terram, confuso vulnerat aures
 Murmure, fatalis nuntia dura mali.
 Sic promulgati tandem ceremonia banni
 Finiit atque bonis spes nova facta fuit.
 Audiit hæc *Gulich*, sed & audivere rebelles
Sax & *Meschorius*, num timuere? nihil
 Cettus hic est reprobi nimirum pectoris index,
 Exitii causam tollere nolle sui.
 Ergo sui meritum capiat trias ista laboris.
 Et simul intereant, quos simul ire juvat.
 Paulo post similem funesta Colonia pompam
 Vidi, & in pleno cuncta peracta foro.
Buchem, cum *Biesen* cives duo neuter amicus
 Pacis, ad armandas pronus uterque tribus.

Gulich

Gulichii proceres & seditione potentes

Vix restinguendi pars memoranda rogi.
Forte suæ metuendo cuti sua terga periclo
Subduxere, rati tutius esse foris.

Hi quamvis bis terve forent pro more citati
Tutius in batavo le tenuere solo.

Hi capitibus furcæque rei lacerumque ministri
Pro meritis poenas ambo dedere suis.

Nam licet elapsi dubijs anfractibus errent
Attamen ut profugos terra polulque fugat.

Nulla quies, tacitusque timor, quocunque feruntur
Anxia mens, serus post malefacta dolor.

Proscripti patria, scopus insidiantibus, urbis
Ludibrium, vivum funus, imago necis,

Cæsaris, imperii, theni, funesta suorum
Pestis is est *Buchem* talis & ipse *Biesen*

Finis hic est illis, quem faeda rebellio gignit,
Qui capiti volunt subdere colla suo.

Disce Magistratum *Buchem* cognoscere disce
Disce *Biesen* cerebrum frangere posse tuum.

Estis in imperii Banno, fuit illa voluntas
Vestra, cibum quisquis quem sibi coxit, edat.

Facta retractari nequeunt vindicta regressum
Non finit urbs vobis ubia clausa a anet.

Clausia sit urbs, nihil est modo non claudatur olympus
Nil nocet exilium, sydera quando patent.

Ut pateant vestra deflete piacula vitae,
Pandere sola polos, nam metanea potest

Qui sunt in vivis miseri, post funera fausti
Esse queunt, fausti si tamen esse velint.

Dicite; peccavi, simul ejicitore rebellem
Certius ad superos nemo venire potest.

E L E G E I A VII.

desperatVs GVLICH & DVo ILLIVs asseCLæ
CoLoniæ CaplVnt Vr.

Frangere quæ potuit fluctus vicitque procellas,
Sæpe fit ad modicam naufraga cyniba petram.

Decepisse volens alios se decipit ipsum
Nil captans, hamus sit nisi captus, habet.

Gulichius sibi prælusit tænamque paravit
Scena sed ætorem perdidit illa suum.

Quot foveas, laqueos, quot retia tæcta, quot hamos
Vidimus? unius nonne fuere manus?

Carceribus clausus gemuit sine criminè civis,
Id peperit rabies Gulichiana seelus.

Flumina nata mari mox in mare cuncta recurrent
Inque suum redeunt frausque dolusque sinum

Quem miser infœsta fabricaverat arte perillus
Primus in hoc author mugit ipse bove.

Quam mardochæo furcam construxerat, ipse
Regis ab hoc jussu pendulus hæsit aman

Consilium consultori nocet, arsque magistro,
Illo, quem marius fecit, ab ense perit.

Urbem quam foedo transfixit vulnere Gulich
Corripuit proprium vulnus & ulcus herum,

Fulmine percussus sibi persuadebat ab omni
Manstrum tutum seque suoque metu,

Ast aliter visum superis, restabat id unum
Perfidus atque ferox ut caperetur homo.

Insidias peni mandat commissio, cauto
Attamen institui vult peragenda modo.

Seligitur miles, nox exspectatur, in ædes
Irruitur, Gulich pressus ubique tremit.

Inclamat,

Inclamat, protestatur, plebisque requirit
 Auxilium, frustra sperat & urget opem.
 Miles abire jubet, jussus comitatur, in Erbach
 Ducitur, hinc bavari earceris alta subit.
 Huc alios duci voluit novus ille licaon,
 Ipse metuere hoc trahitur, talio nonne fuit?
 Sax quoque profugiens proprio correptus in horto
 Fortunæ gemuit fata sinistra sue.
Mesthovius renuens vim vi quoque frangere tentans
 Captus & in turrim bile repletus abit.
 Formidabatur commotio plebis, at urbis
 Alta quies nec qui jurgia vellet, erat.
 Heus ubi nunc plebeja salus? ubi lubrica vulgi
 (In qua tres omnem spem posuere) fides?
 Qui populo servit sibi nil nisi vincula necat,
 Vincula sed infauces conjicienda suas.
 Dic ubi nunc cives, quorum fore mille paratos
 Qui te defendant, qui que sequantur, aie?
 Quæ plebs est bavari quæ paudens ostia claustrum
 Te libertatis jure beare velit?
 Captus es & vincitus, donec moriare, manebis
 Heus *Gulich* domui prospice quælo tuæ.
 Spes tua prostrata est, tua res est plena periculi
 Es reus, errores velle negare, nocet.
 Frustra agitur, *Gulich* examina cuncta fatigans
 Quæ *Sax* est fassus *Mesthovius*que negat.
 Subdelegatos nullo dignatur honore,
 Declinare novum nititur usque forum.
 Lectus & averio respondet ad omnia vultu,
 Et scurrat & stulto convenienter agens.
 Continuo protestatur, se clamat in omni
 Innocuum puncto, liber abite cupit.

Int̄ca

Interea variare locum jungique jubentur
 Carcere semoti qui jacuere duo.
 Ad Bavaram deducuntur sine murmure turrim
 Canceris ut ratio par scelerisque foret.
 Id cur mandat Commissio, pluribus ansam
 Ut quoque resciri posset in urbe dedit.
 Forsan si turri custodirentur in una
 A populo tutos sunt magis esse rati.
 Quidquid in hoc fuerit causæ post pauca patebit
 Non est cujusvis abdita nosse virtus.

E L E G E I A VIII.

tres rebELLes è tVrI baVara trahVntVr In na-
 VIM aLlo VehenDI.

Cum rogus emoritur, minimæ ne crede favilla.
 Spreta parit flamمام sæpe favilla novam.
 Plebs flamمام similis, quæ quando sopita putatur,
 Surgit & est magni causa subinde rogi.
 Quæ tricoronata rabies exarsit in urbe
 Est ea prudenti flamma sopita manu,
 Horrida subtractis pereunt incendia lignis,
 Gulichio capto desit esse furor.
 Sed quia nec flamمام plibi nec fidere tutum
 Causa novi motus ejicienda fuit.
 Nam fieri poterat fæx ut plebeia resumptis
 Viribus optaret repeteretque reos.
 Fons erat in motu Bavaram perfringere turrim,
 Atque suos vinclis eripuisse Duces.
 Flamma sopita recens summi solet esse pericli
 Ad minimum surgens in nova damna flabrum.
 Hinc id ne fieret fieri quod forte timendum
 (Ni capti à populo subtraherentur) erat.

Conclusum est Bavaro vinc̄tos educere clauſtro
 A mage ſecuro conſtituiſſe loco.
Duſſela Montenſis reſidentia Principis, iſti
 Aptā videbatur conueniensque tei.
Quartā novembris erat Domino lux ſacra fugatiſ
 Cum prope jam tenebris conderet aſtra dies.
Sub medium octavæ clauſis per mœnia portis
 Cum foret ignara nullus ab urbe metuſ.
Conſcendit lictor turrim, jubet ire rebelles,
 Quin offert ſocium ſe coitemque viæ.
Tricatut renuitque gradus deſcendere *Gulich*
 Diſceſſus cauſam ſcire rebellis aveſ
Non eſt, lictor ait, non eſt locus ille rogandi
 I, vel per cunctos dejiciēre gradus.
Quantumviſ nolleſ tandem tamen ire coactus,
 Igneus & grandi bile repletus abit.
Sax & *Aſthorius* ſocii duo pone ſequuntur
 Conſpecti lachrymis immaduſſe ſuis.
Egreditur turri *Gulich*, videt eſſe paratum
 Navigium, trepidat, pallet & ore fremit.
Cur ad aquas potius? cur non educor in urbem?
 Sum civis, civem civica jura decent.
O! cives cives cur non ſuccurritis? heu!
 In furcam mihi ni ſubveniat agat.
Fruſtra, lictor ait, fruſtra modo reſpicis urbem,
 Urbs modo quæ clauſa eſt, urbs tibi clauſa manet.
Acceleres, mora nulla datur, conſcende carinam,
 Ni facis, en funem conſpice, fune traham.
Dixit, & attraxit bovis iſtar quando macellum
 Ingreditur, rursus bellua clamat opem.
Inſicitur navi, manibus pedibusque ligatis
 Porcorum ritu bestia prona jacet.

Pelli-

Pellitur in thentum navis , frendere rebellis
 Incipit in diras & maledicta ruit.
 Adjunctis miles jubet at stimuisse , sed aetum
 Cum lociis nauta , milite lictor agit.
 Corpore jam pronus , jam vult jacuisse supinus,
 Incomptae pendent & sine lege comæ.
 Æolus imprægnat velum , cito prora secundo
 Fluminè delabens per breve reddit iter.
Sax & Mesthovius vincit post tergora , vitæ
 Et scelerum memores , pauca loquendo gemunt.
 Ulricus in furiis actus vomit impia *Gulich*
 Verba , Magistratum vulnerat , atra vovet ,
 Invehitur lictor , minitatur verbera miles
 Ni fileat , socium *Sax* monet ipse suum.
Sax saxo loquitur , secat ignem , perfodit isthmum
 Æthiopem *Gulich* corrupiendo lavat.
 Dumque ita provehitur navis , se Dussela monstrat
 Dussela rhenanæ gemma decora plagæ.
 Territus hac visa *Gulich* quo deteror ? inquit :
 Dussela quid sibi vult lictor ? an hucce vehor ?
 Dussela quid mecum ? me sola Colonia novit ,
 Hic me conveniat , quid mihi bella parat
 Huic ego non abeo , vertas mihi nauta carinam
 Ni vertas , mersus flumine , male mori.
 Bestia quid loqueris ? lictor respondet in undis
 Non moritur quem sors destinat atra cruci.
 Dussela post binos te cernet anhela quadrantes ,
 Ibit in occursum Dussela tota tuum.
 Hic tibi mihi *Gulich* fidum præbebo ministrum ,
 Et tuus assistens quado jubebor ero.
 Sum medicus , quovis ita novit tollere morbos
 Ut posthac omni membra dolore vacent.

Si pro siccando sint constringentia collo
 Pharimaca, si venæ sectio danda, dabo.
 Sacrificare queo, terisque fugare vapores,
 Languentes doceo currere posse pedes.
 Sum barbitonensor, nemo tam radit acutum
 Chirurgi subeo non sine laude vices.
 Vulneribus medeor felix & ad omnia promptus
 Exspecta nostras experiere manus.
 Sufficit: expansos retrahas modo navita remos
 En sumus in porru, contrahe vela iatis.
 Surge rebelle genus, surgit *Sax*, surgit & alter
Meshtorvus vinclatum lictor utrumque praet,
 Navigo egressos, stipatos milite stantes
 Donec & accedat tertius esse jubet.
 Dum redit ad navim mox vellicat aure tyrannum
 Atque ait ad socios heus age perge tuos.
 Debuit extrudi, quia sponte exire negabat,
 Vir malus & crebri servus ubique fui.
 Stabat in oppletis hominum vis maxima portis,
 Conspectura trium fata vicelque virum.
 Procedunt lento densata per agmina passu,
 Difficilem faciunt vincula stricta viam.
 Virgo, puella, puer, famulus, nova nupta maritus
 Quæque pedem nescit figere, currit anus.
 Qualiter è vario ventrem saturatus ovili
 Cum captus trahitur, per loca quæque lupus.
 Quilibet hunc pecorum gestit vidisse pavorem
 Posthac securas, quod fore cernat oves.
 Talis erat sensus populi, cum Dussela vidit
Gulichinm, hanc fædami clade frequente feram.
 Nemo latere domi, nemo remanere volebat,
 Obvia *Gulichio* Dussela tota fuit.

Colle^s

Colligit hic lapides , sordes rapit ille , rebelles
 Quaeis petat , una volans vox , fera monstra cadant
 Cur omnes claimant) cur non dicerimus illos
 Quos occidendi jus modo quisquis habet ?
 Nunquid proscripti ? nunquid sunt fulmine tacti
 Cæsar? in predam nonne necemque dati ?
 Cur igitur tardasse juvat ? cur parcere ferro ?
 Est honor in tali cæde lavare manus .
 Obrutus à populo *Gulich* sociisque fuissent
 Miles obex , ut non opprimerentur erat .
 Ast inter populi crescentia murmura tandem
 In designato se reperere loco .
 Carcere quisque suo concluditur , ostia ferro
 Firmantur firmo , stat vigil ante fores .
 Discedit populus , functus quoque munere lictor
 Ad modicum paulo post redditurus abit .
 Sic post eductum furibunda Colonia *Gulich*
 Cæpit tranquillo mitior ire gradu .
 Consilium melius nunquam potuisset iniri
 Non alio fuerat plebs cohibenda modo .
 Quæ duce privatur nocuisse rebellio nescit ,
 Quæ dum deficiunt robora , sponte cadit .
 Plaudite qui fidi statis pro Cæsare cives
 Cinna suum finem , quem timuistis , habet .
 En jacet in vincis , qui vos vincere volebat ,
 Enredit authori jaeta sagitta suo .
 Quæ non vis fieri tibi , tu ne feceris ulli ,
 Nam nocuisse aliis est nocuisse sibi .

ELEGIA IX.

testItVtlo pVbLICa eXaVthoratI priDeM
senatVs.

Ut lapsō graviore ruat se tollit in altum
Impietas humiles inferiora petunt.
Dum fremit & flendas armata Colonia turbas
Exeitat, & tragicum iudit in urbe drama.
Omnia vertuntur, creso præponitur irus
Ordo perit, famulus mandat, obedit herus.
Lixa, faber, calo, veteramentarius urbis
Imperium, *Gulich* sic statuente tenet.
Consulibus rapti fasces, vexilla tribunis,
Patritios angor cura metusque premunt.
Sed velut excussum, quod mittis in aera saxum
Mox ad centrum non sine clade suum.
Sic quoque correptus subita vertigine, laptum
Jure timet stolidus cum subit alta sterops.
Non cuivis fortuna dedit penetrasse Corinthum,
Contra naturam, qui volat ille cadit.
Tertia messis erat, qua plebs tumefacta regebat,
Per nullas hominum dejicienda manus.
Ultimus ast auni mensis fuit ultima plebis
Gloria, in æternum, gloria versa probrum.
Haud unquam violenta diu suppressio durat,
Nec valet excelsō plebs residere throno.
Tertia post decimam fuerat lux orta Decembri,
Lux Jovis atque bonis civibus alba dies.
Coneurrunt cives concurrit uterque Senatus
Et veter à *Gulich* spretus, & ipse regens.
Non eadem facies, nec mens erat omnibus una,
Pars erat una spei plena, sed una metus

Vestis

Vecta venit tumida Subdelegatio rheda
 Ocurrit Dominis Curia prompta suis.
 Excipit, educit rheda, stat miles in armis,
 Lex quidquid fieri mandat honoris, agunt.
 Conscendunt superantque gradus, exspectat anhelum
 Vulgus finitæ cernat ut acta rei.
 Indicat adventus Subdelegatio causam,
 Omnia in antiquum restituens statum.
 Consulibus raptos reddunt ante omnia fasces,
 Præcipiuus Beyv vech Wⁱschius alter erat.
 Nec minus extrusus reddit ad conclave Senator
 Jussus & in veteri se statione locat,
 Consul agit grates, post Syndicus ipse perorat
 Pollcitus stabilem tempus in omne fidem
 Pro grege, Justitiâ, pro Cæsare stars jubentur
 Rebus ab illicitis abstinuisse manus.
 Haec ita Cæsareo dum nomine cuncta geruntur
 Ejectus posita veste Senatus abiit.
 Non abit, ast sese potius subducit, ad instar
 Furis, ab emuncta cuna parat ire domo.
 Qui videt, is ridet contracta fronte stolones
 Et sparsim & lento quemque venire gradu.
 Hic movet os, fricat ille caput, fugit alter apricum
 Opprobrium factum civibus esse pudet.
 Si præcivilem fore tam breve tempus honoris,
 Me non traxisset Curia, quartus ait.
 Heu! quam, quando domum veniā, lachrymabitur uxor
 Pulsum teste suum conspicio virum.
 Fabula cunctorum posthac ero quisque notabit
 Me digito dicens: ille Senator erat.
 Eheu! quod fuerim, melior fors nostra fuisset,
 Si mea me nunquam deseruisset actus.

Electi fuimus, luere aut parere coacti
 Quam male proh, nobis consuluere tribus.
Discemus reliquis mercari cautius annis
 Nam quæcunque nocent, damna, docere solent.
Consul uterque suis spoliati fascibus omnem
 Cum sibi præreptum, cernerat esse locum.
Compressis tacuere labris, fociisque secuti,
 Inter privatos delituere lares.
Halvius abscessit tacitus, simulansque dolorem
 Cedendum fatis centuit esse suis.
Alter at erepto magis indignatus honori
 Noh ita compositus mente, nec ore fuit.
Namque quod inflatum est, foret ut tolerabile vulnus,
 Una Magistratus pars petit esse novi.
Mansit inauditus gemituque refertus abivit,
 Extirpata semel lerna recepta nocet.
Ecce Rodenkirchen quæ fiant, illa camœnam
 Nonne recordaris præciniuisse meam?
Omnia quæ sunt sicut vel facta fuerunt,
 Hæc prædicta tibi sape fuisse scio.
Debeueras mansisse tui non immemor ortus,
 Debuerat fixus corde federe patens.
Sed quia sublimes oculis placuere cothurni,
 Sed quia te fallax infatuavit honor
Maxima qui fueras parses modo nulla senatus
 Es nihil & nihil vivis in urbe minor.
Qui malè Dædaleas assumpserat Icarus alas
 Lapsus & æquoreis est bene mersus aquis
Si lapsus, abstineas & ab ambitione remotus
 Vivito, privati est vita beata viri.
Sed redeo ad primum jam Curia læta videbat
 Pacifice ex voto cuncta peracta suo.

Sordi-

Sordida gaudebat veteris vestigia fæcis
 Expurgata malinil superesse metus.
 Intrusos cessisse foras, rediisse priores
 Urbs quibus in pleno stabat honore dies.
 Hinc meritis Dominis inflexo poplite grates
 Nominis canctorum consul uterque refert.
 Iunguntur dextræ, votis communibus urbi
 Æternaturum quisque precatur ave.
 Optant, ut longum maneat pax firma per ævum
 Bellaque sublata seditione ruant.
 Denique post fidicertaina mutua cordis,
 Cum nova jam facies & nova forma foret,
 Subdelegati surgunt de sedibus hosce
 Subsequitur consul, censor & ordo patrum
 Quâ venere viâ redeunt, plebs læta triumphat,
 Dumque venire videt, plaudit iisque canit.
 Conscendunt i hedam, disceditur æmula luget
 Factio bellonæ robora fracta suæ.
 Sic quinquennales tandem cœcidere iumultus,
 Agnovitque suum plebs recidiva caput.
 O! ubi dominos post hac cognoscite vestros
 Nulla bonum finem causa rebellis habet.
 Hamburgum Francosurtum, Lübecka docebunt,
 Quæ mala post sese seditiosa trahat.
 Cujus ab horrendis tremuit campania factis
 Quam male, quam misere masianelle peris!
 Urbs quoque queis raptos divum clementia fasces
 Reddidit, & prima sede sedere dedit.
 Discite privatis præponere publica cives,
 Conservare novis non onerasse jugis
 Discite præcipites animi cohibere furores
 Nescia componi mens bene nulla regit.

L s

Nec

Nec partes ad iniqua trahant, neque judicet aurum
 In curvant rectas aurea dona manus.
Q
 Quam primum exoritur, teneram restringite flammam
 Ducta nequit subigi flamma, minuta potest!
A
 Ambitio, zelus, discordia, rancor & auri
 Nec vos nec vestros sordidus afflet amor,
H
 Este patres, populique duces urbisque columnæ,
 Publica stet vestro firma favore quies.
E
 Restauratores protectoresque salutis
 Postera vos quondam sœcla fuisse seiant.
A
 Per vos bella cadant, pax intestina perennet,
 Unus amor cives, membra caputque liget.
Erg
 Fixa sit in solis omnis fiducia divis
 Spiritus hinc sapiens consiliumque venit,
Si
 Publica qui curat, tuni nihil esse prehendet,
 Ni præeat pietas, prætuleritque facem.
No
 Dum pietas staret vidi felicia mundus
 Regna, serenatos & sine nube dies.
G.R.
 Ast postquam pietas est visa labescere regnis
 Quantumvis faustis orta ruina fuit.
D.I.
 Herodis vermes, gladium perpetide Saulis
 Quique rubris periit Rex sceleratus aquis,
C.R.
 Aspice fœminei corpus brutale tyranni
 Terreat à proprio Iezabel esa cane
C.E.
 Cerne sepulturam vivi zenonis, in istis
 Nonne sat exemplis, quod docearis, habes?
I.H.
 Regnatrix quæ sceptra tenet populosque gubernat
 Impietas, semper digna flagella tulit.
T
 Ast ubi mansuetus Domini regit agmina Moses
 Cum Iudeon populo iudicioque præst
 Hostis ubique cadit, Madian fugit, Israhel omni
 Vi potior, cœlo castra juvante mover.
Diff
 S
 Had
Quis-

Quisquis es, ad regimen populi que in vota vocarunt
 Inclusum cordi disce tenere Deum,
A Iove principium veteres sumptissime Deorum
 Inter gentiles cura suprema fuit.
 His sua (pugnandum quando fuit) arma sacrabant
 His sine nil hominum suasa valere rati.
 Est sine sole dies, vacuum sine sydere cœlum
 Urbs, populus, regimen religione carens.
 Altior à superis venit egrediturque potestas,
 Rursus & in superos figere corda decet.
 Ergo patres patriæ revocati turba senatus
 Quos penes est ubiæ summa caputque rei.
 Si pacem stabilem, si quietem
 Omnia propitiis incipitote diis.
*Nomina subdelegatorum, quorum studio & industria
 Pax & tranquillitas publica urbi est restituta.*

Ex parte

Reverendissimi & Eminentissimi serenissimi
ELECTORIS TREVIRENSIS.

G.R.V. Breidbach
 D.H. Anethan

Ex parte Serenissimi Electoris principis
 C.R.B.D. Hugepott
 C.Esch.I.V. Doctor
 I.H. Heiterman J.U. Doctor

E L E G E I A X.

Tres nuper proscripti ense IVsto ferIeNDI
 DVsseLDorplo a VehVntVr.
 Differt non aufert nemelis divina reorum
 Supplicium culpis quod meruere suis.
 Hactenus infami conclusus carcere Gulich
 Credebat nullum mortis adesse metum.

Im

Impius usque sibi mendacia somnia fingit,
 Quanvis promeritæ victima certa necis.
 Dusse la captivo finem factura rebelli,
 Præcipit abduci, Mulhemiumque vehi.
 Ingreditur Custos turrim moret inde migrandum
 Hunc nam postrum carceris esse diem.
 Nuntius attonitos exterruit ille rebelles
 Quæ via *Gulichius* stat capienda rogat?
 Num dimit temur? spero mea causa triumphat,
 Sed quodnam ô! Custos ingrediemur iter
 Sis patiens regerit custos, cras quisque videbit
 Quam sint & qualem fata datura viam.
 Componas animum, tibi suadeo, siisque paratus,
 Ut cras cum sociis, quo via ducet, eas.
 Eveniet, quidquid bona vel mala causa meretur,
 Si bona eras liber, si mala? mortis eris.
Gulichius rationis inops expostulat, ira
 Spumat & accensi more furentis agit.
 Non ibo, nisi liber eam, protector inique
 Attentus, manicis compedibusque gravor,
 Exit ad hæc custos, & clauso carcere porcum
 Ad grunniere suum more modoque sinit
 Quomodo concubiam transegerit impia noctem,
 Bellua, scire satis conjicio potes.
 Heu' quam grande malum notæ mens conscia culpx!
 Quæ sibi torturas mille necisque parit.
 Ipse sibi tortor *Gulich* fuit ipsem et ansam,
 Motibus internis dissidiisque dedit.
 Est sibi sufficiens lictor quicunque rebellis
 Est ea peccati pœna quiete caret.
 Vix cathedram petri veneris lux februa mundo.
 Attulerat, currus stramine fartus adeſt.

Accedit

Accedit lictor, turrim subit, ostia pandit,
 Ingreditur ternos alloquiturque reos.
 Ire jubet secum, *Sax Mesthoriusque* sequuntur,
 Et lachrymis oculos pascit uterque fuos.
 Conscendunt curruim datur unicuique sacerdos,
 Qui doceat mortis spernere posse metum.
 Vnicus è turri renuit descendere *Gulich.*
 Antiqui retinens ora proterva stili
 Urget abit loco lictor, manibusque prehendit,
 Contra *Gulichius* se resupinat humi.
 Truditur, attrahitur, pedibus manibusque resistit,
 Vi varia tandem trux homo pulsus abit.
 Vincti Malhemium populo spectante trahuntur
 Adjunctus stipat miles utrumque latus.
 Quos via discursus dederit, quid rure sit actum
 Miles id, id lictor præsbyterique sciunt.
Sax bene compositæ placidæque per omnia mentis
 Deslebat mæstæ fata dolenda viæ.
 Et sibi *Mesthorius* metuens & crima fassus
 Totum se tuperis justitiæque dabat.
Gulichius porcum referens, intonsus & hirtus
 Crinibus, in superos impius atque Deum.
 Horridus aspectu, lingua blasphemus & aures
 Occludens monitis, fœdaque dicta vomens.
 Desperabundo similiis, mox ore supinus
 Mox iterum pronus ventre jacendo tonat.
 Arguit, incusat, maledicit, frendet in omnes
 Bellua se partes absque quiete rotat.
 Ad designatas rapitur geta barbarus ædes
 Mulhemii & dignum forte cubile subit.
 Rursus at infurias agitur, de motte monetur
 Nil juvat, immotus perstat & aure caret.

Cup

Cur moriar? quærit: dignum nil morte peregi

Cur moriar? tali morte recuso mori.

Nolo mori, civem mors dedecet illa, rebellis

Non sum, cur moriar; liber abire volo.

Omnia sollicitus fert argumenta sacerdos,

Aqueis obduratum cor penetrare queat.

Nomina subfannat Patris argumenta tytannus

Dcuncta super petram verba precesque cadunt,

INox ea non potuit durum confringere saxum,

SHuic nunquam rupi par stetit ulla filex

Gingeminabatur Galich moriaris inanem

QPonito spem, vitæ spes tua fracta jacet.

VLector adestr, struitur, fundendo pegma crux

OAd fatale tuum cuncta parantur iter.

ENox fugit, atra dies nunc albicat, ultima vitæ

UMagnis accelerans passibus hora venit,

IPande salutari monito cor, prospice felix

RAut miser æternum (quid cupis) esse potes.

NImpiger elata repetens hæc voce sacerdos,

NOfficii Partes implet obitque sui.

NHora recens ortum signabat septima Solem

NCum solet angelici tempus adesse cibi.

NSax (cui nocturnos precibus conjungere luctus,

NSeque dicare Deo cura suprema fuit)

NPræbuit exacti pulcherrima signa doloris,

NConfessus vitæ cuncta piaculâ suæ.

NIus solita sacram sumens pietate synaxis

NNunc ait ad Dominum promptior ibo Deum.

NMesthovius lociæ virtuti cedere nolens

NSe quoque constantem præbuit esse virum.

NEluit à noxis animam, prostratus eandem

NPræparat ad sancti exilia dona cibi.

Per-

Porrigit Ambrosiam poscenti presbyter escam,
 Accipit atque oculos vertit ad astra suos.
Omnia committit Divis, Superosque precatur,
 Ut præstent fidam, cum morietur, opem.
 Nam quamvis meriti clemens sententia ferri
 Hunc in *Meschorium* jam quoque lata foret.
 Attamen ob certas, quas nolim dicere, causas
 Est illi vitæ gratia facta suæ.
 Duntaxat betulis modicum cädendus, & urbe
 Interdicendus tempus in omne fuit.
 Isthæc Arnoldum mors condonata latebat,
 Persuasum justæ tempus adesse necis.
Sax & *Meschorius* justa le morte perire
 Dicebat, soli fixus uterque Deo.
 Nil de carceribus nil sunt de judice questi,
Gulichio caulam mortis uterque dabant.
Gulichii, plorant, suimus mala iussa fecuti,
Gulichii merces jam quoque justa maner.
 Quid querimur? graviter peccavimus, astra requirunt
 Vindictam, longi pœna furoris adeſt.
 Non ita *Gulichius*, vah! hæc marpesia cautes
 Ad tam præsentem non minutenda necem?
 O! crudele, ferox & inexpugnabile pectus!
 Ergone te virtus flectere nulla potest?
 Urget & inclamat, glomerat sua verba sacerdos,
 In murum vultus figit at ille suos.
 Prætor vim fieri vetat accendentibus inquit
 Nil aliud *Gulich* scitque cupitque loqui.
 Frustra suadetur confessio, vanus in uno
 Ut convertatur sudat agitque labor.
 Nondum tempus ait, nondum res exigit, illud
 Ut torquens animæ præcipitetur opus.

Sax.

Sax alio attentus custoditusque cubili,
 Mœstus ut audivit quod gereretur ait.
 O! mihi si liceat temel accessisse rebellem
 In Superos , animam , presbyterosque virum.
 Forsan obediret nostris mens impia verbis ,
 Forsan & ex petra eliceremus aquas.
 Quem toties flexi , toties in nostra coegi
 Vota , mea forsan stat revocandus ope.
 Nil desperandum , quod non valet unus , id alter
 Efficit , ô liceat paucula posse loqui !
 Obtinuit veniam , datus est accessus , amico
 Ingreditur vultu , cernit , avere jubet.
 Obtortus *Gulich* oculis stat mutus , amicum
 Dissimulans verso tergore nosse suum.
 Tum *Sax* , frater adest mi *Gulich* , respice fratrem ,
 Et cape postremum , quod tibi dico , vale.
 Prætor vim fieri vetat unica primaque vox est
Gulichtii , in reliquo non nisi lingua bovis.
 Accedit proprius removet de pariete , clamat
 Altius , hic tuus est *Sax* quid amice taces ?
 Num salis in statuam conversuses ? ecce sodalem
 Nonne tibi pollux , tu mihi Cattor eras .
 Est breve tempus , adest nostræ nunc ultima vitæ
 Linea , mox erimus funera , nonne times ?
 Qui tibi dux verbi , tuus unus in omnibus auctor
Sax ego mi *Gulich* pro aliquando fui !
 Hinc tibi nunc asto te cerno manumque prehendo ,
 Hic *Sax* te moneo , te precor oro cave ,
 Heu ! cave ne pereras , frater peccavimus ambo
 Heu ! precor ! heu ! ut non bis moriare , cave !
 Quid delicta negas animis hæc sunt nota , fatere
 Delicti veniam si fatearis , habes

Heu!

Heu ! animæ miserere tuæ , procumbe sacerdos
 Solvere quantumvis grandia vincla potest.
 Prætor vim fieri vetat impius ore revolvit ,
 Spes convertendi nulla rebellis adest.
 Ergone *Sax* repetit non est locus ullus amori?
 Si me fratet amas eiice corde petram.
 Author es , & nostræ tu causa potissima mortis ,
 Tu patere , ut vitæ sim quoque causa tuæ .
 Te si lucratus fuero felicior ibo ,
 Ad mox pandendos te comitante polos ,
 Hæc precor , hæc nostro concedas ultima cordi
 Gaudia , nil aliud frater amate rogo .
 Te rogo per nostri socialia fædera nexus ,
 Aut modo si nullum fædera pondus habent .
 Te rogo per gemitus rogo per suspiria matris
 Quæ cum te pareret , ferre coacta fuit .
 Te rogo per Superos , per numina sacra , Patronos
 Ah ! per virgineæ te rogo matris opem !
 Si minus hoc ! rogo te per vulnera , sanguinis imbreui ,
 Quem pro te passus , fudit amice Deus .
 Perque salutiferum supplex rogo nomen Jesu
 O ! ovis inferno facta propinqua redi !
 O ! Gulich incantatrix quæ peccatore Circe
 Quod tibi dæmonium corde vel ore fedet ?
 Siccine tam mœsto duo nos divellimur actu ?
 Spes te salvandi sic mea tota cadit .
 O ! si non natus vel mortuus ante fuisses
 Quam teneri possent stare vel ire pedes ,
 Non hodie tragicæ fierem pars altera scenæ ,
 Sors animæ melior jam foret atque tuæ
 Nunc abeas , tua te quo desperata voluntas ,
 Quo fallax phrygiæ te trahit unda senis .

Si periisse velis peccas, ego malo saluti
 Ne tecum peream, consuluisse meæ.
His dictis abiit lachrymans *Sax*, cordis ab imo
 Suspirans avidæ nil superesse spei,
Surdus erat precibus *Gulich* mutusque loquelas
 Hinc labor hinc omnis clamor imanis erat.
Sic, non contritus, sic non confessus, & ipsos
 Hic novus haud tinuit ludere cinna patres
Quisquis id audivit, quisquis conspexit, obortis
 Per faciem falsis ora rigavit aquis.
Scilicet humanis non est penetrabile telis
 Naturam Saxy, cor lapidisve gerens.

E L E G E I A XI.

præLegit Vr temis reis ensis & VirgarVM sen-
 tentia & eDVCVnt Vr,
 Desinit in tragicum comedia pleraque finem,
 Quisque prius risit, postea flere solet
 Fleverunt Ubii, risit plausitque rebellis,
 Sed chelis in luctum versa fidesque jacent.
 Et vice jam versa variat fortuna tenorem
 Nam modo lætantur, qui gemuere prius.
 Accipe funestam, geminato funere scenam
 Dignam, posteritas, quam generanda, legat.
 Educi Judex vincitos plectique jubebat,
 Namque aderat medium quæ uotat hora diem.
Sax & *Mesibovius* munitus uterque synaxi
 Latii mortis atrox ingrediuntur iter.
Gulich qui nullo poterat terrore moveri
 Incircumcisum cor velut ante sovet.
 Non gemitus, minimæ non est confessio culpæ,
 Absque Sacramentis, absque dolore manet.

Bestiæ

Bestia cede loco, nisi cesseris illico cogam,
 Lictor ait, mecum, nam jubet hora, veni.
 Sed quia non poterat verbis, vi cogitur, ædes
 Linquere, & infrendens dentibus ire foras,
 Præstolabatur vilis carruca rebellem,
 Quà reus ad stratum pegma trahendus erat,
 Dumque recusaret descendere, lictor ineptas
 Exosusticas, impatiensque moræ,
 Heus ait, actum manibus pedibusque prehensum
 In currum famuli conjicitote feram.
 Dixit, & in curru jacuit brutale cadaver,
 Hoc & non alio dignus honore sterops.
 Ultima prælegitur meritæ sententia mortis,
 Quidquid prælegitur, spernit & omne negat.
 Äquatum pedibus caput erexitse jubetur
 Supplici ut causas audiat ipse sui.
 In latus impingit bombardam miles, honesto
 Cogit & effrontem colla levare situ.
 Verbera verberibus cumulant, & tergora stipant
 O! profligati facta pudenda viri.
 Non credo similem, quod patria viderit actum,
 Quem quoties tacito corde revolvo, fleo.
 Acta fidem superant, prælens qui vidit, is unus
 Esse rei testis, quam modo scribo, potest.
 Causa legebatur mortis non una nec unam
 Crimina poscebant multiplicata necem.
 Hæc quæcunque legis, mera sunt mendacia *Gulich*
 Clamitat atque canis more furentis agit.
 Quotquot præsentes aderant, stupuere salutis,
 Quod miser exitium, quereret ipse suæ.
 Presbyter ostenditque crucem junctisque precatur
Gulichinum manibus, per sacra cuncta rogar

Nil crucis intuitus , nil verba precesque rogantis
 Presbyteri junctæ nil potuere manus.
Gulichii immotum cor perstat & obduratum ,
 Non cor , sed rupem missa sagitta petit.
 Autumo , mittendas sibi quod persuaserit urbis
 Suppetias , plures forsitan hocce putant.
 Nee male , causa patet , plebeia Colonia namque
 Semper ad illius iussa parata stetit.
 Sique sua **G**ulich plectendus in urbe fuisset ,
 Plebs exoptataim , forte tulisset opem.
 Rhenus obex , miles custos , aliena potestas
 Verterunt vanæ gaudia cuncta spei.
 Fatali collum submittere debuit ensi
Gulichins , populi fluxa brevisque salus .

E L E G E I A . XII.

gVLICH sVppLICHI LoCo proXIMVs faCtVs ~~2-~~
 gre Cæpt sapere.
 Quæ non humana cicurati posset ab arte ,
 Tam fera , tamque ferox bellua nulla fuit.
 Principis in Boji gremio cubuisse leonem
 Novimus , Alberti laus fuit illa Ducis.
 Indomitos ad aratra trahi conspeximus ursos ,
 Vidimus effrænes frœna tulisse tygres.
 Sileo , si tygris , ursus , aper , lupus ipse furentis
 Naturæ rabiem dedidicere suæ ?
 Cur homo non posset positis mansuescere Cristis
 Mortis id adveniens tempus & hora potest.
 Vidimus in **G**ulich præsentis robora mortis ,
 Comminuit chalybem , frangit & ista petras
 Quæ , Mola supplicio stat proxima , prima salutis
 Janua **G**ulichio principiumque fuit

Hi⁹

Hic ubi conspexit structum sibi pegma , nec ullam
 Qui foret auxilio plebis adesse virum.
 Protinus ex iimo suspitia pectore ducens ,
 In comitem fixit lumina incesta patrem.
 Presbyter advertens subiti nova signa doloris ,
 Utendum puncto temporis esse ratus.
 Rursus ad occulsi convertitur ostia cordis
 Atque ait : heus *Gulich* , cor rogo pande Deo .
 Quod facis hoc facias cito , lictor it , ultimus horæ
 Ad te salvandum labitur ecce quadrans .
 Cum corpus nequeas , animam salvare labores ,
 Hæc quoque si fiat naufraga , qualis eris ?
 Nunquid in æternos miser ablegaberis ignes ?
 Num potis es tantos sustinuisse focos ?
 Cerne quid incipias *Gulich* , stas proximus orco ,
 Aut nunc , aut nunquam credito salvis eris .
 Filius es mortis , quid tardas ? elue noxas
 Et placa offensos per tua facta polos .
 Mors pia perpetua genitrix est optima vitæ ,
 Mors pia nil cauſa cur vereatur habet .
 Procumbas , doleas , cunctosque fatere reatus ,
 Tempus adest , animæ sis memor oro tuæ .
 Tandem se flecti passus , cum cuncta videret
 Irrita , & effugio non superesse locum ,
 Ante sacerdotem se prostravit , ab illo
 Errorum veniam corde dolente petens .
 Hæc inopina viri conversio pluribus ansam ,
 Ut sua laxarent fletibus ora , dedit .
 Post expurgatas imo de pectore sordes ,
 Cum sacro parochum pane venire videt .
 Hic nova pugna , novus dubio sub corde tumultus ,
 Spernebat sacri , cælica dona cibi .

Trans & cis thenum populus concurrerat ingens,
 Nulla videbantur prata nec ullus ager
 Hi dum conspiciunt variatum mente rebellem.
 Atque salutiferas sumere nolle dapes.
 Ut prius obfracti plauerunt marmora cordis
 Sic ob tam subitas post doluere vices.
 Presbyter accedit propius, rogat, obsecrat, omnem
 Quem potis est lapidem flensque gemensque movere.
 Inclinate genu, procumbere sumere mandat
 Angelicum felix si velit esse cibum.
 Quid repetit *Gulich!* me decipis? Hostia non est,
 Credere nolo sub hoc pane latere Deum.
 Ergone respondet parochus, me morio tecum
 In re tam grandi ludere velle putas?
 Crimen inauditum foret hoc, & morte piandum,
 Sit procul a nostro tam grave corde seclusus.
 Quem manibus porto, tuus es, meus atque redemptor,
 Est Deus ex pura Virgine natus homo.
 Qui pro te passus, qui pro te mortuus, illum
 Velatum panis sub speciebus habes.
 Hunc quem triticeum mihi *Gulich* conspicias orbem,
 Conditor hoc orbis totus in orbe latet.
 Hic tua vera salus est, & Salvator Jesus,
 Qui Iudex vivi qui morientis erit.
 Ergo tui tandem miserere, nec abnue sacrum
 Pignus, ut optatae sit tibi mortis iter.
 Dixit, & evicit vix exorabile pectus,
 Et dedit inflexo fercula Dia reo,
 Num bene tam sero fuerit porrecta synaxis
 Id dubium plures, nec male forte, movent.
 Tempus erat mortis, quadrans erat ultimus horæ,
 Vir male dispositus, suppliciique loens.

Qua-

Quatuor hæc merito poterant obstatæ sacrati,
 Quo minus acciperet, cælica dona cibi.
 Attamen hæc aliis potius pensanda relinquo
 Nec res aduersus pertinet ista meos.

E L E G E I A XIII.

alCoLaVs gVL!Ch sVMpta saCrâ synaXI CapI.
 tis pœna pLeCtItVr.

Quidquid agis, quidquid moliris, respice finem.
 Vera viri quondam vox sapientiserat;
 Si nimis incautus finem vidisset Adamus
 Sprevisslet vetiti noxia dona cibi.
 Jus pîmo geniti Jacobo vendidit Esau,
 Infami rapitur seditione Dathan,
 Cum Jerichuntinam Josue subverteret urbem,
 Contemnens Dominum fur fit avarus Achan,
 Absolon in proprium capitur fœvitque parentem,
 Frater in incestum victus amore cadit;
 Ipse parens nimias oculis dum laxat habenas,
 Illiciti violat jura sacrata thori.
 Vendita sed quanti primogenitura doloris
 Fit genitrix, lapidum texit acervus Achan,
 Absorptus tellure Dathan, crinitaque querit
 Arboris appendix Absolon aëta levit.
 Oppressor justo cadit ense fororius Amnon
 Heu! quam Davidem traxlibitia premit,
 Hæc male contempi profert oblivio finis,
 Quidquid agis, finem respice, salvus eris.
 Si respexisses Gulich male provide finem,
 Ist hoc funestum non gradieris iter.
 Quam fortunatam poteras traducere vitam,
 Qui modo tam miserè mox feriendus obis!

M 4

Quid

Quid quereris? compone animos, & respice cælum
 Utque remittatur culpa, precare Deum.
Pegma videt Gulich, gemit, ascendisse jubetur,
 Ascendit, populum respicit, atque taceret.
Sed nisi turbassent reboantia tympana vocem,
 Fauca locuturum verba fuisse, reor.
Interea tardo procedunt omnia motu,
 Omnis avert fine in turba videre rei.
Exiit thorax, Ubiam se vertit ad urbem,
Gulichius, vanam pectori nutrit opem.
Presbyter heroice mortem contemnere vultu
 Admonet, hanc vitæ perpetis esse viam.
Quid faceret? procumbit humi, sua lumina velat,
 Nudatur collum, surripiturque caput.
Inclamat valida sacra nomina voce sacerdos,
 Observat lictor tempus, & ense ferit.
Nontamen ex toto caput à cervice revellit,
 Quod superest, celer præfecat hocce manu.
Post mortem dextræ digitos quos lixa priores
 Abstulit id fieri debuit ante necem.
Pegmatis in medio poterat iudicis arte levari
 Janna in hanc trahitur truncus, humique ruit.
Finis hic illius, quem cæca Colonia nuper
 Est legum spreto jure secura Ducem.
Exemplum videant, qui seditionibus urbem
 Vertere, & in partes scindere vulgus amant.
Quis vidit placida defunctum morte rebellem?
 In lecto moriens rara rebellis avis.
Disce: licet blandæ nunquam te credere plebi,
 Plebis amor, veluti nix resoluta, perit.
Nil levius vulgo, nullum servare colorem,
 Vertuunno peior protheus ille soleret.

Cre.

Credidit & turum fore se faustumque putavit

Gulichius stolidi vietus amore gregis.

Credidit ereptum se carcere protinus iri,

Hinc animæ sprevit pharmaca cuncta sua.

Decepit spes vana virum, solitoque fecellit

More suum populus, cum moreretur, herum.

Plaude tibi Gulich, quia Styx tibi danda fuisset,

Quem violenta dedit (mors velut opto) polis.

ELEGIA XIV.

Abraham saX britannVs ense qVozVe seD satIs
InfeLICI ferIt Vr.

Absolvit primam lachrymosa tragœdia scenam,

Altera jam pariter conspicienda venit.

Anglica sanguineum scandit persona theatrum,

Vir gravis aspectu blandus, & ore fluens.

Stirpe humilis, de gente scotus, manuumque labore

Uxorem & proles indigus æris alens.

Gulichii gestis adjutor in omnibus unus,

Quem captum primus, visus adire fuit.

Hujus scripta tulit tribibus, sua sitque popello,

Ut captum peterent, repeterentque virum.

Liber ut exiret, mox plebs commota senatum

Compulit, ut faceret, Sax mera causa fuit,

Sax, ut corrueret commissio cæsarialis, ursit

Stentorea rabulae compita voce replens.

In sua civiles torsit deliriæ leges,

Nil nisi transfixum vocem manuque terens.

Ausus Cæsareum temere pervertere sensum,

Promptior ut fieret plebis ad arma manus.

Consul is infestans ædes, de nocte senatum

Cogere, & ad nutum jussit adesse suum.

Divisit regimen socio cum complice, nummos
 Extorsit furtis præfuit, arma tulit.
 Innocuos pressit, mulctavit carcere plebem
 Fovit, & arbitrii lora soluta dedit.
 Sede magistratum pepulit, binisque senatum
 Armatus subiit, semper utrumque sclopis,
 Sub quattuor pentecostes cum surgeret horam,
 Tympana pulsat obit compita, poscit opem,
 Inclamat, currit, dux verbis commovent urbem,
 Templa relinquuntur, civis ad arma volat.
 Indulxit et spoliis, trajectus glande tribunus,
 (Sax scelus id fœdum dissimulante) cadit.
 Dignus morte quidem, sed non inquiri ut author
 Impunis populi perstat in urbe furor.
 Nec satis id sceleri cunctas *Sax* laxat habetas,
 Currit ad accitas flammeus ore tribus.
 Cæsaris ut abeat junctis commissio votis,
 Subscribi unanimi voce manuque jubet.
 Imperat, & plaudit, ciet in nova facta rebelles
 Fulmine percutitur, qui fuit ante, manet.
 Quotquot sunt motus, sunt quotquot in urbe tumultus
 Sax turbis præsens omnibus unus adest.
 Nil curat hannum, regit omnia, euria jussis
 Paret, & ad nutum præcipientis agit.
 Talis contemptu *Sax* Cæsare perstitit, horam
 Talis ad extremam, dum caperetur, erat.
 Iusta igitur tantos sequitur vindicta furores,
 Et ferit authorem talio digna suum.
 Captus id agnovit *Sax*, & sua criminia flevit,
 Quæstus Gulichii se periisse dolo.
 Hæc sua, cum bavarum tenuit pro carcere turrim,
 Sæpius auditus criminia flere fuit.

Dussela

Dusela saceri vidit quoque signa doloris,
 Tendere compresas vidit ad astra manus,
 Nil *Sax* omisit, quo flectere numinis iram
 Posset, & æternam præterisse necem.
 Ultima dejectam quæ desperatio mentein
 Fecerit in varias ire subinde vias.
 Quanta sit à spætris, quæ sit perpessus ab orco,
 Quod flens narrat pluribus, ipse leio.
 Crede, quod arridet, neque me res ista moratur
 Sit satis ad mentein *Sax* rediisse novam.
 Sufficiat planxisse suos ex corde reatus,
 Et graviter læsum conciliaisse Deum.
 Felix præteriti vivum, quem pœnitent actus
 Est tempestivus, gratia summa, dolor.
 Nulli culpa nocet, culpam quicunque fatetur,
 Crimina confessus tendit ad astra latro.
Sax m̄ hi de facie nunquam, sed nomine notus
 Plus maculæ vivus quam moritarus habet.
 Nam quam præclaro, melior poteratne vovent?
 Fine coronavit, quod male cœpit opus?
 Qui confixerunt, audiveruntque loquentem,
 Testes cunctorum, quæ referemus, erunt.
 Mulhemio jussus dīcedere qualia fecit?
 Oscula quot visus blanda dedisse cruci?
 Signa resignatae nunquid pulcherrima mentis
 Edidit ad mortem quam resolutus iit?
 Quam vir devotus, calidis affectibus ardens,
 Consperas lachrymis misit ad astra preces,
 Vix erat innumeris è circumstantibus ullus,
 Qui non deciduis ora rigaret aquis,
 Non modo turba hominum præfens, sed & ipse stupebat
 Presbyter, excedit mors animosa fidem.

Non

Non Caperat frontem, non protestatur iniqui
 Nil queritur fieri, mitis ad instar ovis.
 Firmat & immotam servat constantia mentem,
 Nil mœsti facies blanda coloris habet.
 Intrepidè graditur, conseendit pegma sacerdos
 Fit comes, in cœlum spem posuisse jubet.
 Tum *Sax* distinctis repeteas sua crimina verbis,
 Et fassus gladii se metuisse necem.
 Iudicibus grates egit, supplexque rogavit
 Ut soboles patris non luat acta sui.
 Mox circumstantes turbas assatus, ab illis!
 Delicti veniam, flagitiique petit.
 Claudendas monet esse malis suæ oribus aures,
 Ne se permittant seditione trahi.
 Discant legitimum semper coluisse senatum,
 Nec se præpositis opposuisse tuis.
 Nunquam defunctos tranquillo sine rebelles
 Sed semper miseris interisse modis.
 His dicit animæ memor, hanc commendat, & omnis
 Exposcit, populi post sua fata preces.
 Te precor, ô quicunque mei morientis a ore
 Tangaris, & peccatis commiserantis habes.
 Te precor ut fieri pro me curatur ad aram
 Misera refrigerii, spes adamata mei.
 Extendat strophium, qui me dignabitur isthoc
 Officio, potero lætior inde mori.
 Dixit, & ex baculis strophiorum magna pependit
 Copia, quæ minimum mille fuisse ferunt.
 Quin quoque conjunctæ confirmant pendula voces
 Signa, sacrum, clamant, quod petis, ara dabit
 Signatos strophis quot conspicis esse bacilos
 Tot sacra post obitum sunt peragenda tuum.

Hæc

Hæc facilis populi pietas, laudataque virtus

Jam prope semianimi robora mira dedit.

Hinc ad lictorem conversus, amice, rogatum

Te sacra per Iesu vulnera quinque velim,
Fac bene, fac cito, quod mecum fecisse juberis

Et caveas animæ ferre pericula meæ.

Me mea culpa gravat, me dæmonis ira flagellat

Ter miser, e moriens si laniabor, ero.

Fa tuus hic mucro primo me funeret iætu,

Hinc tibi fama, mihi vita, perennis erit.

Aurea promisit lictor, Sæx finit, amicis

Prolibus, extremum dat populoque vale

Flectit, in astra levans oculos in clamat Iesu,

Esto mihi Iesus, & miserere mei.

Hanc ego, quam justè patior, tibi consecro mortem

Vincere fac famulum mortis amara tuum.

O Iesu miserere, suum cito corripit ensem

Lictor, & observans tempus adesse, ferit,

Heu! ferit! & toto collo tremebundus aberrat,

Heu! ferit! ast dorsi dum ferit, ima secat.

Corruit hoc turpi fæde laceratus ab iætu,

Corruit & gemitum, dum cadit, ore dedit.

Dumque jacens corpus Sæx erexitse laborat,

In nova se lictor vulnera danda parat.

In collum fertur gladius, prô! impie nondum

Hæc tua barbaries sit statuisse modum!

Anne lubet maectare bovem, vel cädere porcum?

Heu dolor! heu quid atrox excoriator agis?

Dignus es, ut lapidum te sternat & obruat imber;

Dignus es hoc ipso, qui perire loco.

Cum spectatorum fuerint tot millia, cunctos

Miror ad horrendam continuuisse necem.

Dimic

Dimidium collit tantum penetraverat ensis,
 Cætera pars humeris fixa gemebat humi.
 Horrida res visu, spectaculi lugubre, dignum
 Fletibus, exanimis sed sine morte reus.
 Denique cum nullo removeri posset ab ictu
 Debuit abscondi per mera frusta caput.
 Quem legis infamem laniati corporis actum.
 Hunc animæ ad cælum spero fuisse viam.
Regnum cælorum patitur vim, corpus in altum
 Evolat, elixum quod prius igne fuit.
 Debuit (æternos moriens ut viveret annos)
 Sax animam vivens emaculare suam.
 Aut nunc, aut post, est cum cesseris orbe, iuendum
 Ad cælum nullus, sit nisi purus, abit.
 Fors etiam (Divum quis sensa, quis abdita novit?)
 Fors etiam mors hæc talio tristis erat.
Nil ego censuro neque judico, cuncta relinquo
 Indecisa suo discutienda loco.
 Assere sublatio projectum corpus ad ima
 Pegnatis, hic miseri, finis honosque virti.
 Qui legis ista, reo felicia cuncta precare,
 Et cave ne similem dent tibi fata necem.

ELEGIA XV.

AntonIVs MesthoVIVs paVper & !nops pannI
 tonsor CedltVr betVLls.

Sanguinis effusum satis est, descendere theatro
 Lictor, & ad virgas te berulasque para,
 En modo plebeius per quos exarserat ignis,
 Per quos vastata est urbs prope tota jacent
 Vidimus occubuisse duos quos abstulit ensis
 Carnificis, tales talia facta decent.

Rez

Restat adhuc unus variis convictus ab ausis,
 Atque parem meritus per sua facta necem.
Gulichii mandata latus, plebemque lecitus,
 Seducens ubias in mala cuncta tribus.
 Semper ab exorto fax & pars prima tumultus
 In populo flammis seditionis alens.
Tympana pulsari fecit, plateasque per terrans
 Impia concives traxit ad arma suos.
 Ad propria improntos cernens abiisse Sabinos
 Compulit ad portam mox rediisse suam.
 Constituit vigiles, scurras direxit, in omni
 Ultimus & primus (iusta ferenda) loco.
 Majus Jus urbis sele dare velle spondit,
 Monstrandas cuperet qui spoliare domos.
 Quin quoque bis spoliis praetens animavit anhelos,
 (Ut plus auderent) in nova furtu lupos.
Gulichio manceps vulgano mandata, rebellē
 Inflammans populum perpetuusque furor.
Essex Austriacā populus quos misit ad aulam,
 Ordine posterior, uequitiaque prior.
 Subdelegatis nunquam non restitit, omni
 Consilio clausum cor animatumque tulit.
Cælaris ut nullo rueret Commissio fructu,
 Et post elapsum cederet urbe diem.
 Spurius unanimi decreverat ore Senatus,
Mesthovio id factum constitente fuit.
 Atque ut speratum caperet levis actio finem,
 Auxiliatrici cuncta peregit ope.
 Hinc populo gratus famam quoque nominis augens
 Colliget cholerae robora cuncta suæ.
 Et licet ad nonitus Banni tamen usque priorem
 Post redditum caput continuare viam.

Quia

Quin quoque Cæsareo percussus fulmine, nondum
 Plebejum voluit differuisse latus.
 Inde parem meritus bino cum complice pœnam
 Dignus, qui gladio percuteretur, erat.
 Attamen ex causis sententia mitior ensem
 Sustulit, & betulis terga terenda dedit.
Mesthovio dedit illa novos in opina vigores
 Gratia, dixisse velle talire reum.
 Protinus extracto lictor thorace, ligatum
 Arripit, & nudum terga præire jubet.
 It reus, insequitur lictor, conduplicat iactus,
 Imbre tumet, facies, terga cruento madent.
 Succedunt betulis betulae reus ejulat, omni
 Corpore sanguineus sudor & unda fluit.
 Spectatum pars una dolet, pars altera ridet.
 Hic parcit, cædi fortius ille cupit.
 Sic per Mulhemicas ductus cæsusque plateas
 Est pœnæ testes mactus ubique suæ.
 Denique Mulbemici qua jurisdictio tractus
 Terminat, ex patria cedere jussus iit.
 Archidiæses vetitæ tres Julia, Montes
 Urbs occlusa reo non minus ipsa manet.
 Æternos ex hisce locis proscriptus in annos
 Exul in Hispana se ditione tenet.
 Illa trium Gulich, Sax Mesthoviique fuerunt
 Præmia seditio talia dona parit.

E L E G E I A XVI.

Inter LVDIVM & sCena fabri eX VIno Vrente
 ebrII.

Audi ridiculum qui vere contigit, factum
 Actum quem testes mille probasse queunt,

Aucta

Ancta dies decimam iunctum superaverat horam
 Qua nondum structum lugubre pegma fuit,
 Aggrederuntur opus fabri, properate jubentur
 Atque operi celeres applicuisse manus.
 Nemora terti tardet vinum præbetur adustum,
 Nam rota festino volvitur uncta gradu.
 Erigitur tandem conjuncto pegma labore
 Afferibus tegitur pegmatis omne latus.
 Fons avido nimium sumens faber ore crematum,
 Potus in occluso pegmate stertit humi.
 Discedunt socii, manet ebrius, inque profundum
 Prolapsus somnum mortis imago jacet.
 Plectitur interea *Gulich* truncaumque cadaver
 Tollitur, in potum dejiciturque fabrum.
 Ille sed urenti vino somnoque sepultus,
 Nec notat injectum sed neque sentit onus.
 Mox decollati quoque *Sax* cito lixa cadaver
 Protrahit, indistam præcipitando specum.
 Hæc poto nec adhuc super incubentia fabro
 Pondera fecerunt evigilare virtutem.
 Tandem digesto, pandens sua lumina, musto
 Qui fuerat propriæ se fatus esse domi.
 Circumfert oculos, cernit duo funera, vestes
 Sanguine conspersas conspicit esse suas.
 Postremam putat esse diem, Dominique tribunal
 Hinc gemit & tremulas fundit ab ore preces.
 Heu! ubi dilectæ proles? ubi chara moratur
 Uxor? an ad cælum vel phlegetonta vocor?
 Ergo salutandæ non est spes conjugis, ergo
 Abstrahor hinc, proprios non revidendo lares?
 O! Deus afflicti nimium miserere clientis,
 Nec precor æterna me sine morte mori.

Hæc dicens altum suspirat, & aera quæsta
 Implet, & expansas tollit in alta manus.
 Post consummatum geminati funeris actum
 Ad sua pars fuerat pleraque facta redux.
 Dispersæ populi stabant hinc inde cohortes,
 Vituperæ tragicæ pegma situmque loci.
 Ex his suppicio quidam dum forte propinquant,
 Advertunt queruli murmura rauca viri.
 Terrentur, spectrumque putant latitare, fugamque
 Pars capit, & reduces clamat adesse reos.
 Hæc est Gulichii vox aiunt, ille solebat
 Dum foret in vivis hac ratione loqui.
 Invenit res falsa fidem, multosque fecellit
 Vivere Sæx iterum Gulichiumque ratos.
 Interea betulis loca per Montenſia cæſi
 Methor: si functus munere lixa redit.
 Pegma jubet tolli peragunt mandata ministri,
 Destruitur, miri quid latitare vident.
 Digna quidem risus, non tamen absque tremore,
 Qui duo quærebant corpora terna notant.
 Dumque movere manus, manibus palpare, querelas
 Fundere, de terra surgere velle, citi
 Diffugiunt penetrante Jovis velut igne perusti
 Non modo lixa, videns lictor & ipse tremit.
 Sed plene faber evigilans, & lumina pandens
 Sanguine conspersam conspicit esse togam.
 Conspicit, atque inter truncata cadavera plorat,
 Tam deridendo se jacuisse situ.
 Accurrunt variae visum spectacula turbæ,
 Fit risus, factum ridet & ipse faber.
 Hic fuit effectus, virtus fuit illa cremati,
 O! faber urenti parcere disce mero.

Cum

Cum decollatos inter sine mente jacebas,

O cyclops vivum nonne cadaver eras!

Ex hoc infami posthac sapientior actu,

Quod nocuisse potest, semper id omne cave.

ELEGIA XVII.

Carnifex bina rebeLLionVM Capita CoLoniæ &

Viri bolâ aC CVnlbertina affigit.

Corporibus terræ ingestis, omnique remoto

Pegmate, Agrippinam lictor abire parat.

Injectum sacco locius fert alter utrumque

Lixa caput rheni trajiciuntur aquæ.

Attingens Ubias fatalis binio portas

Hospitium (cupiens colla lavare) subit

Qui tamen aut domus hæc, urbisque platea vocetur

Nescio Marcelli credo platea fuit.

Ingreditur lictor, petit haustum, porrigit hospes,

Deponit saccum lixa, bibitque merum.

Stabat in ante iore domo (velut obtinet usus)

Pro divendendis theca reposta bonis.

Hic leviter clausi lictor dum pondera facci

Injicit, os facci se referantis hiat.

Dumque patet declivis humo devolvitur unum

Ex sacco in terram, nemine teste, caput.

Quid sit? præfatas pulsat peregrinus ad ædes

Uerbis emptius linteal certa suis.

Emptorem mulier cernens, egressa culinæ

Post thecam properans plena stupore tremit.

Palpitat & tuto pallet bona fœmina vultu

Lingua licet vellet promere verba, nequit.

Attornitus stat ad hæc emptor, clamatque, maritus

Ut veniat, rerum nescius ille venit,

Hic mox infraetas uxor resoluta querelas,
 Heus ait? hic monstrum quale marite jacet?
Aspice sanguineo stillant de vertice guttae,
 Cerne quis obterto livor in ore sedet.
Aspice confusos cernes en vulnera colli,
 Heu! precor ex oculis tolle marite probrum
 Tolle vel exanimis tuo, fœdum tolle mephytum,
 Non ita cornigeri vir gregis hircus olet.
 Hæc vix fata solo collabitur, advolat emptor,
 Emptori sociam vir quoque præstat opena
 Dumque loco trahitur conjuncta vinoque lavatur,
 Ad se, deliquio deficiente reddit.
 Vir tamen ad thecam rediens, cupiensque videre
 Quid lateat? truncum cernit & ipse caput.
 Hoc est *Gulichii* caput heu! quid fecimus? inquit,
 Eheu? carnifici eur patuere fores?
 Vah nebulo, vah lictor abi, nisi protinus exis
 Hoc delumbatus fuste jacebis humi.
 Territus hoc facto lictor, caput atque reponens
 In saccum celeri se rapit inde friga.
 Mox *Cunibertiæ* festinat ad ardua turris,
Sax caput in summi culminis axe locans,
 Ex turri Bavara subjectam respicit urbem
Gulichii discors atque rebelle caput.
 Ecce rebellantis funesta catastropha civis,
 Huic semper finem seditionis habet.
 Qui nimis excelsis voluerunt ire cothurnis,
 Quam casu lapsi præcipitante ruunt!
 Est genetrix certæ perjura, rebellio pœna
 Civis qui didicit, subditus esse sapit.

E L E G E I A XVIII.

aCtIs eXeCVtIo & prosCrptIo petrI VVesthoVen
peLLifICIs senatorIs aC abLegatI VIennaM.

Eheu! seditio quantam facit aucta catervam
In mala proclivis quam vaga turba ruit?

Et te pellificem video Westhoven ad omnes
Promptum, quas vulgus mandat, abire vias.
Pellificem ponis; nullo fis jure Senator,
Et Legatorum quartus, es urbis amor.

Magnus honos, res magna, tuæ vix velleranostri
Artis, amœna tibi ridet & alba dies.

Gulichium sequeris, veri mandata Senatus
Despicis, è voto plebis & urbis agis.

Auxiliatorem te participemque malorum
Quidquid in adversum commoneare, facis.

Pyrobolos effers, armamentaria' ptivas,
Magnuses in cerebro Petre superbe tuo.

Te spoliatorum locum facis, inque Senatus
Veste, præs rabidum per loca cuncta gregem,

Prædones animas, raptoribus arma ministras
Caſareum violas perfide Petre thronum.

Si vel ab enſe cadas vel longa levaret in auras
Litera, fors meritis est ea digna tuis.

Sæpius à fidis monitus Petre nunquid amicis?
Illotæ linguae semper & oris eras?

Tempora Gulichii nunquam peritura putabas,
Mortua sunt isthæc tempora, tuque luis,

Quid quereris? dignum betulis modo subjice tergum
Plaude quod à gladii euspede liber eas.

Exciperis virgis, remanens proscriptus ab urbe,
Pœna tuo sceleri mitior esse nequit.

Es meritus morteim , donat clementia vitam
 O ! utinam proprio post doceare malo !
 Illud apostrophice , sed nunc veniamus ad actum
 Cujus spectatrix urbs prope tota fuit.
 Aggreditur scenam verres betularius ingens
 Turba novum compleat , cernat ut acta , forum,
 Etribus in medio Petrus Westhovius ibat ,
 Nec male , Westhovius pseudo Senator erat
 Læva Petermannum monstrabat , dextera Jo. Stens
 Tergora lictori nuda tecanda dabant.
 Extrahit è sacco virgas , & utraque potenter
 Nunc hunc nunc illum qua valet arte , ferit.
 Livescunt humeri turgent in corpore venæ ,
 Ex oculis lachrymæ , sanguis ubique fluit.
 Sed quia cædendo pariter , portandoque laetus
 Ægrè virgatum perficiebat opus.
 Exonerat scelus sacco miseroque ferendum
 Westhovio præbet vah ! Petre quale probrum ?
 Quam felix pelles Petre decalvando fuisles ,
 Primum ad interitum est , velle volare , gradus.
 Jam miser & misero peior per amara cogaris
 Esque diuturnæ tristis imago necis.
 Urbis & opprobrium , vulnusque perenne tuorum
 Heu ! potior vitâ mors tibi Petre foret.
 Ast audi proprio flentem sua criminâ motu ,
 Quamvis sit serus , cum ferit ira , dolor.
 Attigerant portam cæsi cum liber in omnes
 Quas quisquis cuperet , posset abire vias.
 Detergunt humeros fœdatum sanguine dorsum
 Abluirur propria te quoque ueste tegunt.
 Innumeri astabant juvinæque , viri que , senesque
 Ex omni sexu , nupta , puella , puer ,

Ver-

Versus ad hos Petrus falsis madefactus ab undis
 Sistite ait: miseri facta videndo viri.
 Sum (quid dico) fui vester Concivis in urbe
 Notus, iam patriæ fabula facta meæ
 Securus poteram, poteram vixisse quietus,
 Ipse mihi feci, quam modo porto crucem.
 Qui magnus fieri volui, dejectus in imum,
 Exul, egenus, inops, plorø gemoque statum.
 Irrita fallacis mens pes decepit honoris,
 O! mihi si nunquam Curia visa foret;
 Vah! quod *Gulichium* norim, quod iniqua secutus
 Confilia, infamis pellor ab urbe modo.
 Vah! *Sax* vah nostra prope maxima causa ruina?
 Cur placuit scotiam deseruisse tuam?
 Cur mare trajiciens ubiam tibi feligis urbem?
 Ut jaceres ubii semina mœta rogi.
 Væ! quod te vidi væ! quod tua limina trivi
 Eheu! quod socium te mihi sæpe dedi!
 Per te *Sax* pereo sine te mihi fausta fuissent
 Omnia, & in nostra res foret ampla domo.
 Paupere pauperior modo sum, despectior iro
 Opprobriumque bonis, ludibriumque malis.
 Cogar in ignotis panem corraderem terris,
 Cogar in exilio spretus ubique mori.
 Hanc post se ducit damnata rebellio caudam,
 Hæc mala plebs post se seditiosa trahit.
 Peccavi, betulas grandis mea culpa meretur,
 Excedunt omnem nostra piacula modum.
 Incipiam post hac mercari cautius; error
 Hicce meus vitae sons melioris erit.
 Sed vos, qui tragicum cives venistis ad actum,
 Spectatum tergi vulnera cruda mei.

Non augete meos , potius lenite dolores ;
 Laus est afflictum velle levare virum .
 Vos precor insultare meis desistite fatis ,
 Ex casu unius quemque timere decet .
 In me concives vobis exempla relinquit .
 Qui castigavit crimina nostra Deus .
 Claudite perjuris ne quaque rebellibus aures ,
 Qui capit ille sapit , qui payet , ille caver .
 Disce Magistratum revereri , cuncta potestas ,
 Quæ regit , à cælo jussa præesse regit .
 Præpositos tetigisse nefas est morte piandum ,
 Præpositis (si vis vivere) parce tuis .
 Nunc ego iura peto patria proscriptus ab urbe
 Heu ! quænam profugo stabit aperta domus ?
 Uxor amica vale , neque derelastare maritum
 Qui sua pro merito facta nefanda luit .
 Et tu chara vale soboles caveasque parentis
 Ne (Superi avertant) ingrediaris iter .
 Spectatrix mea turba vale , discedo , perfecta est
 Scena , meo discas cautior ire malo .
 His dictis abiit lachrymis & sanguine plenus
 Respiciens urbem , respiciendo gemens .
 Sed nondum elapso rediens W e st h o v i u s anno
 Forte , domi tuto se latitare ratus .
 Fors etiam uxori solatia pauca daturus ,
 Facturusque suæ gaudia parva fami .
 Annua tunc aderat , quæ theophoria vocatur ,
 Festa per octavam plena decore dies .
 Liber & absque metu quivis tunc debitor urbem ,
 Dummodo non adsit crimen , adire potest .
 Hoc titulo freatus W e st h o v i u s advena portas
 Intrat personam dissimulando suam .

Suc-

Succedit dolus advertit nemo, cavit ire per urbis
 Compita, per nullum quo videatur agit.
Ambulat obrecto loca per magis abdita vulnus,
 Donec nox omni liberet atra metu,
Amplius haud igitur cunctatus pulsat ad ædes,
 Has uxor referat cernit adesse viuum.
Miratur, dubitat stupet atque subesse veretur
 Forsitan occultum fœmina cauta dolum.
Contra nonne vides quis sim? Westhovius inquit,
 Nonne viri facies vox quoque nota tu?
Pande domum, fraus omnis abest mihi pande marito
 Ostia, ne dubites, sum petrus ecce vide.
Vidit, & agnovit petrum manibusque prehensu
 Uxor in amplexus terque quaterque ruit.
Ostia clauduntur, renovantur gaudia, proles
 Subsilit, & reducem gaudet adesse patrem.
Blandus at exigua sol splenduit ille per horas
 Est in mætorem mox nova versa chelys
Prodittus & capitur turrinque subire jubetur
 Tristis abit proles, uxor, & ipse gemit.
 In dubio stabat pede causa maligna rebellis,
 Nam sibi decretam cuderat ipse necem.
Gratia prævaluit, justæ sententia mortis,
 Rursus in exilium versa perenne fuit.
Ducitur è turri, nova fit concursio plebis
 Non caruit populi risibus ille dolor,
Lixa manu vincitum lequitur, solatur euntein
 Atque animo petrum præcipit esse bono.
Ad portam postquam deventum est, lixa solutum
 Ire petrum, nunquam sed rediisse jubet.
 Bis socius tibi petre fui, prædico, caveto
 Si redeas, vindex hic meus ensis erit.

Petre vale, vitesque meæ consortia dextræ
Sum tonsor, crines rado simulque caput.
Hisce salutatum dimisit ad extera Petruim,
Qui semel infelix incipit esse, manet.

E L E G E I A XIX.

Ioannes ADAMUS Ioosten VIetor aC hypopropoLa
Vrgis quoque tergitur.

An memor es verbi, tibi quod prædiximus olim :
(Cum furor arderet primus) Adame mei ?

In me cum bilem vomeres, quod amore tuorum
Vellem propositi vertere cœpta tui ?

Cum mecum tua te conjux pluresque monerent,
A scabie cautas abstinuisse manus ?

Ut frœnum faceres ori, linguamque teneres,
A lingua magnum surgere posse rogum.

Per tua clam quoties laceratus verba Senatus
Sed quid elani dico? facta fuere palam.

Peſida te quoties audivi verba loquentem,
Quorum vel leviter me meminisse pudet ?

Heu ! Joestens Joestens es inexculabilis : acris
Quæ tibi pœna venit, non nisi justa venit.

Cæcus eras, famæ discrimina nulla videbas
Surdus eras monitis, auris aperta stetit.

Obduratus eras, nulli penetrabilis arti
Dura tibi palmam saxa petræque dabant.

O ! quoties questa est per te pauperima conjux,
Quod fœdè patrias dilapidaris opes ?

Per sacra te quoties, divosque precata per omnes,
Ut velles propriæ plus studuisse rei ?

Quid fuit esse & tum ? tua magna protervia cunctas
Conjugis elusit destituitque preces.

To-

Totus adhærebas bannitis, unus in omni
 Actu, consilio, seditione prior.
 Vix tibi terra parem portavit Adame rebellem
 Tam tibi sermo ferox, tam tibi lingua procas
 A te legitimus convitia quanta senatus?
 A te quanta probus vulnera quisque tulit.
 Cæsariana tuam subiit commissio limam,
 Flexisti varias in mala vota tribus.
 Una novos peperisse fuit tibi cura tumultus
 Magnatum famam rodere ludus erat,
 Damna, flagella, rotas & seditionis fovebas
 Consilia, innocui pestis amara gregis.
 Nullus in urbe fuit, qui te præcederet oris
 Illoti macula, totus ubique malus.
 Nunc igitur clausas bene qui suadentibus aures
 Servasti, pœnæ bajulus esto tuæ.
 Præmia pulchra refers, betulis everreris, urbem
 Cogeris ad mortis deseruisse diem.
 Et umnis senium claudis, lachrymisque coronas
 Dives opum juvenis, pauper egenisque senex.
 Qui tibi condoleat non est, nec Adame mereris,
 Sit miser ille, volens qui cupit esse miser,
 Qui plures alios nequam furesque vocabas,
 Ipse instar nequam, furis & instar abis,
 Pro libitu spoliaffe domum, gremiumque rapinis
 Implevisse tui gaudiæ cordis erant.
 Aedibus è propriis raptus peregrina salutans
 Limina, mendicam cum male pastus agis
 Qui-vir-cunquc foret, nulli tua lingua pepercit,
 Lingua capax, quodvis parturiisse scelus.
 Sed vice jam versa, linguas incurris in omnes,
 Per quæ peccasti crimina Adame luis.

Gaudeo, nam justi fers digna flagella furoris,
 Interiturus eras, fit tibi virga salus.
 Peccasses gravius, neque compescenda fuisset
 Lingna nocens vitiis invenitata suis.
 Impliciturus eras turbis gravioribus urbem
 Tracturus socias ad scelus omne tribus.
 Quin modo *Gulichio* par factus in omnibus, ipsum
 Multâ vicissim impietate ducem,
 Staret in excelso caput, in quartalia corpus
 Ultor adame tuum dilaniasset equus.
 Abrupere malum miserantia numina cursum,
 Mitius & crescens corripuere malum
 Nunquid habes causam, flexo cum poplite grates
 Cœlitibus, quorum manere vivis, agas?
 In te gutta boni si sanguinis illa remansit,
 Sit tibi quæ dubio stat pede grata salus?
 Ne duplex tibi cude malum, veteriique resistet
 Proposito, canos respice, fata premunt,
 Conserves animam quæ perdita, mille dolores
 Mille tibi mortes, & mala mille parit.
 Proximus est umulo resipisce, quid aurea spernis
 Consilia? in salvo si cupis esse, potes.
 Si non peccasses, nil summa remittere possent,
 Numina, jam veniæ causa sat ampla venit.
 Quæ pateris justè pateris, patiare libenter,
 Efficies mites, sic patiendo, deos.
 Hæc ego (qui longo duclum te tempore novi)
 Hæc ego scribo tuo *Josten* amice bono.
 Esse tua poteras felix & faustus in urbe,
 Reddidit infaustum te tua lingua tace
 Cum sis & fueris propriæ faber ipse ruinæ,
 Præter te nullum, quem verearis, habes.

ELE-

E L E G E I A XX.

Ioannes peter MannVs In ordine tertIVs & Ipse
 betVL's parler terglVr & elIClVr.
 Ecce Petermannum lingua factisq[ue] rebellem,
 A stolido notum seditione virum.
 En calcatoem directoremque rotarum,
 Per quas nauta suas, de rate tollit ope[s],
 Hic quoque castra ferox hom[er]o gulichiana secutus,
 Præpositis didicit nolle subesse suis.
 Semper in ubiaco præsensque caputque tumultu
 Semper in illicita primus ubique domo
 Audace[s] præcens, timidis calcaria subdens,
 Publica prædonum fulta jubendo probans,
 Qui quoque tam fœdus temere prorupit in ausus,
 Cælaris ut spurco temneret ore mias.
 Ut nollet veterem populo dare jura senatum
 Atq[ue] neci cunctos vellet ut esse datos.
 Quod si consulibus plectendis forte deesset
 Lictor, ad id promptus munetis ipse stetit.
 Civibus extorsit nummos, varièque coegit
 Ad placitum populi, quidquid id esset, agi
 His compulsa fuit subdelegatio causis,
 Ut scelerum socio par quoque virga foret.
 Proscribi patria cædi betulisque jubetur,
 Cæditur & rubeo pellis ab imbre madet.
 Infamis nebulo, qui consulis esse volebat
 Lictor, ad hanc liber jam potes ire tribum
 Sed vereor, primos nisi mox correxis actus,
 Ut fiat vita crux tibi meta tua.

ELE

ELEGIA XXI.

paVI. Vs DlerI Chs teXtor LanI paLLItVs
 DeLoCo Catastæ præCipItVr stare.
 Paule quid hoc? qualis comœdia? quale theatrum.
 Quid rogo de tectum vult sibi paule caput?
 Quid niger ex humeris pendens designat amictus?
 Quid cupis è celso dicere paule throno?
 Nunquid eras judex & Commissarius urbis?
 Nunquid eras dominus *Gnilihiique* comes?
 Regnum cœlorum nunquid tibi paule tribunal
 Ad turres Domini cum raperentur eras,
 Claudere carceribus poteras quemcunque volebas,
 Stabat ab arbitrio mulcta ferenda tuo.
 Omnia tu poteras, te plebs in honore ferebat,
 E quo sed video te modo paule throno?
 Quis thronus hic, quandam quo stas est paule theatrum?
 Heu miseret fortis me Theodore tuæ.
 Paule quod hoc est? qualis mutatio? nonne sedebas
 Nuper! at heu! alij te modo stante sedent.
 Non aliter malefacta cadunt vindicta nocentes
 Persequitur, merces, ecce laboris adeit.
 Sed rogo sublimem cur scandis paule catastam
 An forte ad populum dicere verba paras?
 Incipe, circumstantis avidas plebs arrigit aures
 Incipe, jam populo summa silente quies.
 Exedra quæ melior poterat tibi paule parati?
 Auditor plenum complet & ipse forum.
 Os aperi, rhetor fias, & paule perores,
 Sat causæ, quare paule loquaris, habes.
 Cur obmutescis? luscum te paule putabam
 Esse, quid? an mutum te quoque lingua facit?

Cœles

Cœlestem cum paule tribum tua regna tenerent,
 Quantus eras? quantæ lingua soluta spei?
 Quam falsa poteras perstringere voce senatum,
 Quo quoque respectu, qua gravitate loqui?
 Cur modo paule siles? bove cur mage mutus in imam
 Lumina defigis plena pudoris humum?
 In te projectos hominum circumspice vultus,
 Perge loqui, nemo te silnisse jubet.
 Sed quid turbo virum? facies sat mœsta perorat
 Encrebri gemitus pondera vocis habent.
 Cernit Westhovinus, cernit quoque paulus Adamus.
 Atque Petermannum cernit adesse suum.
 Omnes nudatos tergis manibusque ligatos
 Cernit, & in calidas ora resolvit aquas.
 Aspicit infamem summo moerore catastam,
 Plorat, & infaustum cernit adesse diem.
 Sæpe loqui voluit, vocem sed amara retraxit
 Mens, in lamentis naufraga pene suis.
 Quis dubitat, tacito quin corde revolverit omne
 Cujus se socium fecit in urbe scelus?
 Quis dubitat, quin præteritos devoverit actus?
 Damnarique ferox seditionis opus?
 Hoc Icio, si iustus verum dixisse fuisset,
 Si permisisset dicere vera dolor.
 Plura perorasset, quorum meminisse puderet,
 Dixisset simili tristia verba tono.
 Eheu! cur natum mater me protulit orbi?
 Vah! quæ me peperit sit maledicta dies;
 Cur non sum primis infans submersus in annis.
 Discerpit cunas eur fera nulla meas!
 Cur? quæ tot pueros rapuit, mihi parca pepercit
 ubera cur matris fugere passa fuit?

Væ mihi quod teneris non sim defunctus in annis!
 Væ cogar tantis quod supetesse malis!
 Non me *Gulichii* traxisset factio, cuius
 Jam vitio patriæ fabula fio meæ.
 Præmatûra meo potior mors esset honori
 Quam tam ferali vincula tulisse loco!
 Textor eram panni, Zephyrisque faventibus usus
 Sulcabam placidas ære solutis aquas.
 Luscus eram, totum fecit Conimissio cœcum
 Cæcus in hunc volvot præcipitorque statum.
 Displicuit textura, graves mantuumque labores,
 Inter honoratos laus erat ire viros.
 Ejeci socios, suavit mens alta cothurnos,
 Elatu volui (sed male) stare gradu.
 Jam celso posuit satis alta catastrophæ theatru.
 Ad quem me duxit gloria vana thronum.
 Quam sunt felices, quam sunt sine lite beati,
 Quos humiles piano mens jubet ire pede.
 Insidiando alius, proprio comprændor ab astu
 Et fero per propriam vincula recta manum:
 Omnis in authorem tedit ambitiosa tyrannis
 Nec caret opprobrio perfida noxa tuo.
 O maledicta salus! quam fœda rebellio spondet,
 Est iter ad futcam seditiosa salus.
 Væ quod tam cæcus fuerim, quod amica reculans
 Admonita in tali stet mea vita proibro?
 O! tu quæ nostros spectatrix turba dolores
 Conspicis, ô famæ te itogo parce meæ.
 In veterem fateor me deliquisse Senatum,
 Luscus eram, luscus cuncta sinistra videt.
 Cæsar is elusi monitoria, multa peregi,
 Quæ faciunt magni criminis esse reum.

Eluo

Fluo jam malefacta meo miser undique damno ,

Gratia summa foret posse repente mori.

Jupiter è summo mittas tua fulmina cælo ,

Me pere , sat vixi , cor patet , auge feri.

Quid vixisse juvat , quem mors tanta lenta trucidat

Est tortura mihi vivere , malo mori

Eheu ! quod fulsum lachesis nimis invida ducit !

Atropos intrepida scindere perge manu.

Hora vel una potest finem fecisse dolorum ,

Parca quid invitas protrahis ergo motas ?

Hee sibi dum loquitur mera per suspitia Paulus ,

Incipit officium lictor obire suum.

Damnati ad betulas caeduntur ad usque catastam

Id quoque textori non leve yulnus erat.

Tenditur ad porta n galli . dat virgifer iclus ,

Et renovat betulas , terga terendo , suas.

Post hostes ah , manuum sine fune sequuntur .

Doctori medium (sic petit ordo) datur.

Milite cinguntur dentes , processio nunquam

Talis ab antiquo tempore vita fuit.

Haec fex per galli dum dicitur impia portam

Affervat vincitum fida catasti procum.

Dimitit catos lictor , portaque reversus

Ex cathedra Paulum solvit , & ite jubet.

Descendit Paulus , lictor comitatur , eandem

Aimbo viam , primi quam tenuere , tenent ,

Veteclitus capite , & manib⁹ post terga ligatus ,

Paulus abiit , i aulum plurima turba praedit,

Attingunt urb⁹ portam , deserta relinquunt

Moenia , dissolvit lictor utramque manum.

Commonet impositæ paulum super omnia peccata

Si cupiat capiti consuluisse suo.



Urbs Paulo vitam manet interdicta per omnem,

Quà ditio Rheni Westphaliæque patet.

His factis Ubiam lictor discessit in urbein ,

Paulus in exilium lugubre jussus iit.

Hunc nacta est lictor virgata tragœdia finem ,

Pœna suum finem non tamen omnis habet.

E L'E G E I A XXII.

DoCtor gotts ChaLCK IntrVsVs per rebeLles Vrbls seCretariVs per Dles perpetVos proscelbitVt,

Et sua Doctores legum dementia vexat ,

Maxima per doctos sunt mala nata viros.

Nolumus exemplis uti , doctrina venenum

Est homini , virtus unica quando deest.

Vir doctus virtute carens solet esse cometes ,

Communi lucet stella cometa malo.

Vir doctus virtute carens sibi comparat ensem ,

Quo possit jugulum præsecuisse suum ;

Vir doctus virtute carens extracta lucerna est ,

Non ita , quando moves , fœda mephysis , olet.

Vir doctus virtute carens , sine stipite vitis

Quo fine cum nequeat stare , repente cadit.

Non ita qui frœnum spernens sine lege caballus

Errat , sit Domini certa ruin a sui.

Non ita qui cæcus nullo ductore per urbem

Ambulat , incatum laedit ubique pedem.

Non ita nec cæcus , nec spernens frœna caballus

Quam virtute carens doctus in urbe nocet.

Corruit in foveam cæcus , sed doctus in orcum

Prævia ni virtus monstrer ad astra viam.

Clavis ad unibarum portam est doctrina , per unam

Si se virtutem non finat illa regi.

Quot

Quot modo perpetuis vexant acheronta querelis
 Quae aeterna salus non studuisse foret,
 A spice Martinum *Gotschalck*, quem Julia mundo
 Intulit, excellens ingeniumque dedit.
 Ortus hic ex Inden, quæ causa quod ipsemet *Inde*
 Se dici passus, nomen Idusque gerat.
 Cur te noluerit *Gotschalck* cognomine dici,
 Nescio, fons tectim, gloria vana later.
 Emendicatum voluit sibi querere nomen,
 Patria ut natum quis putet esse domo.
 Hic *Gotschalck* vili veniens de stirpe coloni,
 Posset ut ex humili se rapuisse solo.
 Vomeris impatiens, stivæque, & ineptus aratro
 Musarum docilis maluit esse cliens.
 Deseruit patriam, studiis se tradidit, imas
 Absolvens celeri dexteritate scholas;
 Major Aristotelem versat, jurique sacratur
 Fit Doctor, primi stans in honore gradus.
 Vertitur ad praxin causas agit atque forensem
 Inducit, & clarum se celebremque facit.
 Callidus ast Ubias dum vidi crescere turbas,
 Piscandum motas est ratus inter aquas.
 Insinuat sese variis, venatur amorem
 Plebis, *Gulichium* convenit atque trahit.
 Apperit officium, fit Secretarius urbis
 Attentata dolos, crima cuncta fovert.
 Caesareas populo minuit mendaciter iras.
 Falsa refert, ficto cuncta colore tegit.
 Augusti mandata premit, nova concipit, urbem
 Falcinat à propria sunt ea certa manu.
Gulichii causam per fasque nefasque tuetur,
 Fit Majestatis perfidiæque reus.

O 2

Vena

Venales pretio leges & jura reformat,
 Sed ignum betulis exilioque facit.
 Quid betulas dico ! furcam *Gottschalcke* mereris
 Aut si quid furcae grandius esse potest.
 Quis pudor est, oculis quando tua crima cernis ?
 Cur tam perjuræ conspicis acta manus
 O ! scelerata manus ! manus impia nescia recti
 O ! oblita tui dextera falsa Dei.
 Væ ! manui *Gottschalcke* tuæ, quâ turpiter usus,
 Æterno maculas reque tuoisque probro,
 Quid tibi jam prædest Martine scientia Legum ?
 Quid tibi juris honos ? quid tibi norma fori,
 Quid Canones, codicem, digesta, statuta, novellas ,
 Quid modo pandectas deblaterasse juvat ?
 Te pater ad porcos potius damnasset Agaso,
 Sub minus infami conditione fores.
 Aut si pro calamo dicies ferre ligonem
 Si non docta fore, rausta & honesta manus.
 Discite causidici rabulae corvique forenses
 Justitiæ rectam semper inire viam
 Discite præfixum juris servare tenorem.
 Discite veridico, ceu docet, ore lequi,
 Tot scelerum rea facta manus de jure fuisse
 Tot scelerum rea facta manus de jure fuisse
 Præscindenda, favor supplicium mintuit.
 Ipse etiam *Gottschalck* iniurium debebat easdem
 Cæsi Westhoii sustinuisse vices.
 Gratia Doctori facta est, injuria juri
 Ne fieret, gradus hic respiciendus erat:
 Sic neque constrictus vincis, neque fune ligatus
 Attamen à denlo milite cinctus abit
 Tres cæsi præeunt, Cæsorum terga colorat
 Lictor lictorem Doctor hic insequitur

Hinc

Hinc Lutzenkirchen dextram, tenet inde sinistram

Famosus lanio virque rebellis *Hagen*

Millia concurrunt hominum, via tota repletur.

Doctoris casum ridet hic, ille dolet.

Rurale ad galli finit processio portam,

Hinc in diversas tex abiēre vias.

Doctor sub pœna mortis rediſſe vetatur,

Hoc est virtuti præposuisse scelus.

Sed neque Westphalicus nec heni Cirkulus ullus,

Ingressum patitur, cætera terra patet.

E L E G E I A XXIII.

Bernardo Lutzenkirchen Vrbs à Magistratū pro-
hibet Vt annis bīs qVIqVe.

hæc qVqVe sententia fegtVt, Vtō In Vtbe Vbiā
noto DahM hagen LanIonl.

Lutzenkirchen, Hagen socii duo, civis uterque

Hic carnes lanians, scrinia at ille parans,

Cominotæ duplex hic Commissarius urbis,

Par simul officio nequitiaque fuit.

Par in utroque furor, par sensus, & una voluntas

Unus in ambobus seditionis amor.

Una Magistratum calcandi in utroque libido,

Par quoque libertas, cum loqueretur, erat.

Unus consultum, quod censuit, annuit alter,

Auxilio semper consilioque pares.

Hi duo *Gutichii* comites fidique ministri,

Quo tuiti partes corde fuere suas?

Cæsareis neuter voluit se dedere iussis,

Per mala firmato pectore cuncta ruens.

Sæpius admoniti, pariter resilire negarunt,

Propositi ad finem semper uterque tenax

Vox erat una , diu vigeat commissio plebis .

Dii servent Ubios ad sua Cæsar eat .

Hos igitur cum nemo duos revocare valeret

Errores cuperent nec tumulare suos ,
Ne decrescenti possent dare pabula flammæ ,

Ignis ad augendi fons removendus erat .
In binos igitur fertur sententia , ut annis

Exul in exilio perstet uterque decem .

Hinc per lictorem (Gottschalck coimilante) rebelles

Hi duo disertis rus petiere foci .

Sic abeant , pereant , quicunque tumultibus urbes

Involvunt , quotquot bella necesque struunt

Sic abeant , qui legitimi præcepta Senatus ,

Qui pedibus leges & sacra jura terunt .

Sic abeant , pereant quotquot novitatis instant

Quotquot ovem simulant , pelle lupumque fovent .

E L E G E I A XXIV.

AVgVstI IMperIo soLI VerI & probati ClVes
trlbVI InserenDI.

Qui cupit ægrotum primævo reddere flori ,

Fundamenta novi tollat is ante mali .

Quid juvat externas morbis adhibere medelas

Internam stomachus quando requirit opem ?

Principium morbi decet explorasse , reperito

Hoc & senato , cætera cuncta cadunt

Et quæcunque suos patitur respublica n' orbos

Membraque in occulto sæpius igne latenter .

Quis modus incertæ curandi vulnera tabis ?

Quis dabit antiqua posse quiete frui ?

Indaga fontem , causas inquire doloris ,

Et medio morbum convenienter leva .

Restitues

Restitues primæ sic membra repentina paci,
 Nilque mali corpus quod vereatur erit.
 Passa fuit varios afflicta Colonia casus,
 Elatis medicam pestis amara manum.
 Infectus sanguis languens caput, intimus ardor,
 Vira lues moriens vox, oculusque rigens.
 Viscera depastis misere contracta medullis,
 Crescens & nullo fonte fugandus hydrops.
 Nunquid erant hæc depositæ mera signa salutis
 Sed, deploratæ quæ medicina rei?
 Suadebant variii varias sed inaniter artes
 Quæs foret urbs statui restituenda suo.
 Auctior interea serpens per viscera morbus
 Augur erat certi cum ratione metus.
 Non poterat veram rescire Colonia causam
 Cur ars nulla sit lat foret apta febri.
 Invenit causam Cæsar, statuitque medelam,
 Posset ut ad firmos urbs rediisse pedes,
 Suspicio fuerat privandam legibus urbem
 Etsi mens nunquam Cæsar illa fuit.
 Quin potius stabili data privilegia dextra
 Aucturus, si se res ita ferret, erat.
 Sed per plebeios legum quia iura tumultus
 Spreta, suoque diu cassa vigore jacent.
 Fæx quia distractis per aperta repagula postis
 Ambulat, & genio quod placet, illud agit.
 Non mirum quod saepe graves videantur abusus.
 Urbibus exitium qui peperisse solent.
 Vis jam scire tuum futibunda Colonia morbum?
 Qui tua corrodas viscera, corque necet?
 Aspice corruptas Ubiasque revolvito leges,
 Invenies positas civibus esse tribus.

Hos & non alios admittere jura laborant,

Hos & non alios vota dedisse sinunt.

Nunc igitur urbs cæca tribus discurre per omnes

Anne pater solis civibus illa domus?

Quos ad consilium, quos ad suffragia sumis?

Qui sunt verborum cive racente duces?

Quique tribunitias implent rumoribus ædes,

Qui turbas, lites, qui imera bella creant?

Nanquid sunt scurræ, vili de foce coloni

Quineque jus voti, jus ne que civis habent?

Hos leges prohibent, hos Cæsar & ipse regat.

Hos nunc excludi per sua iussa juber.

Hæc sunt Consulibus, sunt insinuata tribunis

Jussa ea per cunctas, sunt quoque lecta tribus.

Ecce tui medicum curatoremque furoris,

Qui scivit morbi te&a venena tui.

Fœcibus his corpus purges, urbisque saluti

Confuse, non cives ejice, jura tene.

Materies fuit hæc peccans, hæc summa creavit

Quæ cogebantur ferre pericla necem.

Ignem ne gremio foveas, nec ab ordine cedas

Quem Cæsar statuit, quem tenuere patres.

Es sanata, mane, plena eit recidiva timoris

Arripe Cæsarea pharmaca fa&a manu.

Siceris urbs felix quæ nulli subdita morbo

Incalumes vivet florida tota dies.

E L E G E I A XXV.

Cæsar præcipit Ut CIVes CoLonienses IVRA
Mentl Instar specifIcent ista qvæ sVnt passl.

Impietas longâ nunquam gaudere quiete
Sed neque pace frui perpetuante potest.

Vidi-

Vidimus elatæ ridenda tripudia plebis,

Vidimus in miros compita versa jocos.

Servabant hilares convivia letia rebelles,

Vivebant festos & sine nube dies.

Nemo triumphantesculpare, resistere nemo,

Præmia ni vellet carceris, ausus erat.

Intrabant ædes, spoliabant, mira patrabant,

Exibant, sociis, quæ placuere, dabant.

Ad scelus hoc risitque novus plausitque Senatus

Jussit & in plures arma tutuisse domos.

Cuncta Magistratus sub nomine, cuncta sub umbra

Justitiae & titulo facta suere pio.

Prætendebantur merita per omnia mulctæ,

Ut possent furtis plus iuriare suis.

Hæc quinos comiserunt impune per annos,

Persuasi cæcos esse labinde Deos.

Turpiter errarunt, viderunt astra rapinas,

Astra rebellanti semper iniqua gregi.

Conficit edictum Cæsar, quod mittit ad urbem,

Advenit oppressis exilibusque datnr.

Sub juramento sua specificare jubentur

Idque coram summo cuncta vidente Deo.

Quid, quantum damni tulerint, quæ quanta supellerex

Sit per prædonum despoliata manus.

Quid mulctæ impositum, vel quid sit in ære solutum

Cut! quo pretextu debuit illa dari.

Quid vi surreptum quænam capitalia restent,

Officii merces anne negata sui,

Ostendui spatium cunctis imponitur, isthæc

Ut definito tempore puncta notent.

Aut nisi quid dederint, vel quæ sint redditia signent.

Quæ prætensiū sunt renuenda sciant.

Omnibus hæc animos erexit iustis, quotquot
 Fœdum direptas ingemuere domos.
 Hos inter Jesuita, Wolffskelius, Hontum,
 Kreps, Krey, Duckerus, Gunderman atque Bahlon,
 Mœrs, Goltschmit, Murckens, Kenter, Schleumerus &
 Backhausen, Muller, Kirberin, Eller, Hövel, (Hengens,
 Zum Purz, Schmitz, Beil, Freundt dein Judentunckus &
 Quis, quotquot passi sunt, retulisse potest? (Hittorp.
 Hos præter multi subtræcta salaria poscunt,
 Et sua non modico damna dolore gemunt.
 At tamen ob certas nolunt sua nomina causas
 In tragica hæc Ubii gesta venire metri.
 His ego præteritis, quia sic voluere, pepercí
 Haud tamen hæredes Echts tacuisse licet
 Doctor hic egregiæ quo vixit tempore famæ
 Charus apud cives atque in honore suos
 Implicitus liti stabat, lis pendula spiræ
 Et præventa diu plenaque juris erat.
 Helmanni heredes, Echts pars adversa fuerunt,
 Pars nullam cupiens pacis inire viam,
 Est data Doctori possessio, suntque remissi
 Helmanni spiram, juris ut ordo dabant.
 Spiræ triumphatos damnavit ab omnibus ausis
 Posthac Helmannos abstinuisse jubens.
 Fecit id Elector sed Panthaleonis & Abbas
 Ceu fundi Dominus jussit abire foro.
 Iudicium Helmannos feriens victosque repellens
 Officialis idem metropolita tulit.
 Ut de judiciis nihil inferioribus addam
 Quæ pro Doctoris parte stetisse patet.
 Appellant iterum spiram, damnantur ad omnes
 Expensas nondum composuisse placet.

Omnem

Omnem moturi lapidem , simul omnia tentant ,
 Inveniunt cæptis jura inimica suis .
 Ad mogones abeunt petiturque revisio , Spiræ
 Restitui cupiunt spira mogonque negant
 Tandem post multos longinqui remporis annos .
 Rursus Agrippinæ bella movere parant .
 Per sub- & obrepens decepti fraude Senatus
 Decretum *Helmannis* mite favensque datur
 Restitui *Helmannos* nova iussa manuque teneri
 Præcipiunt plausum cæpta secunda creant
 Hæc tamen haud multos vidi victoria soles ,
 Post demonstratos namque peracta dolos .
 Mox sua cassavit prudens edita Senatus ,
 Noluit atque suas labe notare manus .
Helmanni ascendunt , & possessoria spiræ
 Quantumvis iterum jure negata , petunt .
 Ferrur in *Helmannos* sententia justa , triumphat
 Echts , & quæ juste possidet , illa tenet .
 Acta Moguntinus iursum revidere rogatur
 Vota *Helmannorum* vana , precesque manent .
 Sistere mandantur , nolunt desistere , litem
 Pro modulo ut possunt , continuare student .
 Denique in eventum sit declaratio , viçtos
Helmannos iterum fata sinistra premunt .
 Hac depositos cum le ratione viderent ,
 Vincendæ causæ nec supereffè modum .
 Ad litis praxin se convertēre secundam
 Atque petitorum corripiuere viam .
 Excipiunt , replicant , duplicant , triplicantque vicissim
 Mutua conglomerant scripta , probasque novant .
 Ultraque pars se se submittit , denique judex
 Concludit , causa pars cerebrofa cadit

Helmanni vici plenique pudore recedunt
 Quidquid & admoveant, perdita causa manet
Pro laxisse quidem pro consuetudine litem
 Intendunt, rotus vanus at ille labor.
Ianua clausa fori, praecisa revisio, judex
 Surdus, projectae sunt mera si:na spei.
 Post haec firma quies & pax sine lite remansit,
 Helmannus nullus, qui replicaret, erat.
 Sed dum fœda novis turbaret motibus urbem
 Seditio & grandi cresceret aucta metu.
In nova conjunctas animarunt prælia dextræ
 Helmanni, litem mox renovando suam.
His duo nequitia pariter quoque sanguine fratres.
 Autifabri, notæ labis in urbe viri.
 Inter præcipios pars non postrema rebelles,
 Nacti præproperos ad mala quæque pedes,
 Ambo rebellantes, hic commissarius, alter
 A seclâ Gulichii continuusque comes.
Confestim litem magno fervore resumunt,
 Iudicibus spondent præmia certa suis.
Iuxta Laurenti, quæ stat domus inclyta templum
 Gulichio in prædam surripienda datur.
 Plurima promittunt, atque arma per aurea pugnant,
 Ut faciant causæ fortia fulcia suæ.
Obtinuere leves velut experiere patronos,
 Sol novus Helmannis, & nova stella micat.
Arresto reditus Echts & bona cuncta ligantur
 Aut quidquid proprii juris in urbe tenet.
Neç semel auditis hæredibus ista jubentur,
 Per summum pergunt mitra patrasse nefas,
 Et nisi cum grandi vitæque necisque periclo
 Stantes pro vero justitiâque viri.

Hæc

Hæc *Helmannorum* vix excutanda stetissent

Attentata diu perdita cœula foret.

Atque etenim exciperent, causamq; statumq; docerent,

Trestantum poterant, obtinuisse dies.

Firma tot annorum medium possesio sacerdum

Trancendans omni robore nuda stetit.

Quin quoque proh superi! quid non temerarius audet

Cum semel excessit frœna metumque pudor?

Helmanni viduæ *Gotschmitz* violenter in ædes

Oppleti rabie qua data porta ruunt.

Expolcunt eistam viduæ *Schlauens* quamlibet esset

Quam nullo poterat tradere jure negat.

Helmanni cistam vi protraxisse laborant

Elastic validas cista gravata manus.

Ex cella poscunt vinum, sed &c hocce negatur

Attamen alterius dat bona vina domus.

Ore bibunt avido, verbisque ferocibus instant,

Et cistam linguâ lac petulante petunt.

Ni tradat, pretiosa domus rapienda minantur

Ei terret viduos pota caterva lares.

Attamen ut calvæ prætexant pallia causæ,

Utque suas fraudes nequitiāque tegant.

Spargunt quod camere sententia plura requirat

Lumina, quod causæ non sit iniqua suæ.

Procuratores corruptos turpiter auro

Sensum decreti falsificasse boni.

Contra tot validis fultus rationibus hæres

Echis inturbatus, posset ut esse rogat.

Expectent donec camera referatur ab ipsa

Pars utra sit victrix, pars utra victa cadat.

Impius haud tamen id voluit permittere *Gulich*

Doctus nec minimum cedere velle pedem.

Sed

Sed quoque spiro semel, quod declaravit, id ipsum
 Declarari iterum, res quia clara, vetat.
 Hinc jubet *Helmannos* positis absistere rixis,
 Et post hac stabili pacis amore sruui
 Hinc cum *Gulichio* prætensi membra senatus
Helmanni causam deseruisse jubet.
 Noluit his monitis nequam parere tyrannus
 Pergens *Helmannos* usque fovere suos.
 Nec satis id, cameræ quoque jurisdictio (quantus
 Piò pudor) in dubium cœpit & ipsa trahi.
 Immo non veritus cameram taxare, quod eslet
 Nescia conceptus composuisse bonos.
 Plurima subticeo stygiæ convitia linguae,
 Aëta rebellantis quotidiana viri.
 Hic vir nec cameram veritus, neque Cæsaris aulam
 Servus erat capit is mancipiumque sui.
 Et nisi de medio sublatum justa perensem
 Fata coegissent (perma rebelle moti.
 Ni quoque desertis *Helmanni* mœnibus, urbem
 Liquissent turpem corripiendo fugam.
 Causa triumphati ix multum passura fuisset,
 Lis *Echts* hæredi continuanda foret.
 Prothocollaris series verissima cause
 Hac est, hunc tenuit perdita turbam modum.
 Quis modo portabit sumprus? quis damna nefandis
 Accumulata viis restituuisse volet?
Gulichius periit, caput à cervice resectum
 Ex bavaro albentes ventilat axe comas.
Helmanni bini (nequissima nomina) fratres
 Absentes cogi qua ratione queunt?
 Quis ingens aliena fuit rapuisse voluptas
 Exuti propriis pane ciboque carent,

Quies

Quis valet ex vacuo depromere vasce falcatum?

Maximus in nihilum jus neque cæsar habet.

Sufficiat nobis possessio redditus, partis

Adversæ causam succubuisse, sat est.

Nil ultra volumus, quæ justa fuere, tenemus

Non cadit in nostram res aliena domum.

Floreat ut nullas tranquilla Colonia lites

Vivat, &c in victo sub pede bella premat.

E L E G E I A XXVI.

Cltant Vt per sVbDeLegatos aLIqVot C[Ves CoLo-nenses Vt Intra trIgInta DIs se Lliberè ColonIæ sistant.

Iohan Peter Helman Andreas Schiffban Serarius

Adolphus Helman frat: au- Hubert Wilbertz

rifabri Michael Hambach Pictor

Christia. Hervveg Serarius Iohan Cramer

Iohannes Paulus Beckers Gerardus Peters

Iacob Coblenz Aurifaber Michael Boor

Wilhelms H. rft Oenopola Max. Rodenbourg Vesillo.

Casp Arnol. Grevenbroich Georg Bruel Pello

Notarius Sebastian Nidegger Pileo

Wilhelm Keuter Iohan Hamblach Auriga

Urban. Brackesfeld Pistor Rhennanus

Theod. Lohnstein Sartor Leonard Ames Carbonum

Balthasar Geholtz. Anriga

Post quinquennales horrenda rebellio turmas

Cum gerneret sumnum jam cecidisse caput,

Paulatim cepit flavescente, mortua membris

Robora, sollicitus plebis in urbe timor

Consultum propriæ cupiens pars conscientia pelli

Prudentes tacitam mox iniere fugam

Hoc

Horum viginti duo digni morte fuerunt
 Fæcundæ appendix exitiosa luis.
Ille Brabantinas, Batavas iit alter ad oras
 Ut furerent strætæ vincula certa necis.
Hæc deformati scabies genuina Senatus
 Hæc de commissio fæx maledicta gregē
Isthæc perfidiæ sfoles, sentina malorum
 Hæc scelerum duplex & geminata decas.
Hæc potenta hominum, stagnansque cloaca dolorum.
 Hic partus stygiæ progeniesque domus.
Hi per quos Ubias rabies grassata per ædes
 Tot mala produxit, tanta pericla dedit.
Hi tres aurifabri tria ferrea corda, volones
 Dæmonis, hæc cæco plena furore trias
Heū quantos genait tibi scissa Colonia luctus!
 Quot lachrymis ocellos obruit illa tuos!
 Mente revolve graves annorum quinque ruinas
 Qualis erat facies, qualis in urbe timor?
Quæ fuit alba dies, quænam dedit hora quietem?
 Quis fuit effuso liber ab imbre quadrans?
 Nunquid in assiduis stabat plebs ut hita turbis?
 Jam capiendus homo, jam spolianda domus.
 Ingenios inter quæ consternatio cives?
 Jurgia quanta domi? qualia bella fortis?
 Alter ab alterius quærebatur clade triumphum.
 Omnibus una famæ, unus idemque furor.
 Jura premebantur, dabat ignorancia leges,
 Doctorum ratio nulla, nec nullus honor.
Ad clavum stupidi (cedronum turba) sedebant.
 Segne, ferox, excors, & sine mente pecus.
Aspice qualis erat Legatio missa Viennam!
 Colluvies hominum turpior anne fuit?

Cur

Cur hos , non alios vesana Colonia misit ?
 (Qui meliore forent conditione) vi os.
 Ergone paritiam nemo de stirpe , nec ullus
 Restabat primæ vir Dominusque noræ ?
 Ut calo , ut cyclops , ut fæx asinina peritis
 Tot quoque Nobilibus substituenda foret .
 Non Mæcenuates nec acuta mente Catones
 Non deerant clari stirpe domoque patres .
 His vel suppressis , patriâ vel ab urbe fugatis
 Plebs mala confusum sola regebat opus .
 Id tribus aurifabris reliquisque Colonia debet
 Flantibus his tantis crevit in urbe rogus .
 At bis undeni (furiarum sperma) stolones
 Unica sunt Ubii flenda ruina status
 Hi primipili sed & instrumenta fuerunt ,
 Quorum *Gulichii* vis adolevit ope .
 Hi pepulere bonos , hi dejecere Tribunos
 Hisse Caesareis oppoluere minis .
 Hi Delegatis , insultavere , rebellem
 Hi populum stimulis impetiere suis .
 Horum nequitia se tot progressibus auxit
 Seditio innocuo tincta cruore necis .
 Hi bis undeni , mandata per arcta jubentur
 Ut relegant , qua se proripuere viam
 Terminus ut redeant est bister quinque dierum
 Temporis ulterior copia nulla datur .
 Hæc mandata Tribus sunt notificata per omnes
 Hæc ad portarum fixa fuere fores ,
 Quid sint factuti post hæc decreta rebelles
 Conjecisse levi quis ratione potest .
 Obdurata nimis sunt pectora , nemo redibit ,
 Exilii potius damna molesta ferent ,

ELEGIA XXVII.

res VMI tVr Iterato In DVobVs pœna betVLarla
aC tergIVersatlo.

Wilhelmus Pung civis faber atque serarius omni

Quo potuit nisu sperma rebelle fovens

Nocte dieque sui veneratus jussa magistri

Promptius ad obsequium servitiumque stetit.

Contra legitimum concurrit ad arma Senatum

Curia clausa per hunc vi referata fuit.

Armorum custos, quæ divæ proxima Claræ

Templo stat multo robore firma domus

Hanc inter reliquos Pung expugnavit, & arcas

Effregit, tribuum quando sigilla tulit.

Quando Gñlichii per tympana publica præco

Magnum jus urbis, pluraque dona dedit

Qui prædaturis vellet se jungere scurris

Et designandas extpoliare domos.

Pung sese locum fecit, Pung ipsem et ædes

Diripuit vigilans ad sua farta faber

Publicus ubiacæ Pung fur & prædo quietis

Perrexit cæptis se maculare suis.

Pung facie trux, ore feroz, factisque rebellis

Perfecto partem cum nebulone gerens.

Cæsarea Majestatis læsique Senatus

Per linguam, prædas & malefacta reus

Virgarum meritus pœnam sua terga coactus

Denudare, scelus flagitiumque luit

Sic castigatus faber hic crudelis, & urbe

Ejectus, profugum nudus egensque refert.

ELE-

ELEGIA XXVIII.

petri gILles CIVIs & plistoris rebeLLantIs par
eXeCVtIo atqVe per LIctoreM proscriptio.

Quantas paulatim capiunt zizania vires,

Cum semel infelix corripuere solum,

Vix eradendi modns est, dum carpitur unum

Occulta rursus pullulat arte novum

Per medicus magnis sinuant, se tractibus agros

Et spargunt lolii semen ubique sui

Optima suffocant in primo semina cursu

Extolluntque suum pressa per arva caput.

Sic ubi pestiferum damnata rebellio semen

Jecit in immensum crescit eundo lues.

Excindi se non patitur, velut hydra renascens

Septemplex una nescia morte inori.

Namque rebellantum quoties excinditur unus

Qui caput è cæno proferat, alter adest.

Si cupis exemplum dabimus quam fœda catenam

Secum sedatio, cum furit illa, trahat.

Præcessit Gulich, sequitur Sax tertius instat

Mefthorius primæ nota caterva notæ.

Pellio Wesshovius, prava ferus indole foosten

Quique sui lictor Consulis esse cupit

Aspice quem vocant vulgi cognomine luscum

Aspice corruptum jure in utroque virum

Exnlis indomitam lanionis conspice linguam

Quique suas docuit ligna dolare manus

Si quis ter septem numerans adjicerit unum

Nunquid viginti decet is esse duos?

Ecce tot ex Ubiis simul excessere rebelles

Ecce catenati quam grave syrma mali,

Sed necdum decimam (quis posset credere) partem
 Seditiosorum me retulisse scias.
Pars abiit , pars testa latet , pars cauta retraxit
 Mortis ut effugerent retia structa , pedem .
Unus adhuc superest postremus in ordine *Gilles*
 Monstrans carnificis post sua terga manum
Hic Petrus ingenio vir barbarus , ore malignus
 Aufus quæ vellet verba pudenda loqui.
Gulichii partes tuitus , nequissima cœpit
 Moliri , furcas corde rotasque parans .
Cum nova *Gulichii* fuit inquisitio ductu ,
 Cumque rei primum vellet is esse caput ,
Ut cum respectu fierent haec cuncta , nec ullus
 Auderet cœptis bella movere novis .
Consensum tribuum , qua vi qua fraudibus ursit ,
 Firma potestatis jura tenere volens .
Hinc nova sub cunctis tribuum munita sigillis
 Tutus ut esse queat vult sibi jura dati .
Vrgentur parere tribus , pats magna recusat ,
 Altera *Gulichii* cuncta rogata probat .
Inviti quoque pistores subscribere iusto .
 Detrectant Titulo lis rapit illa diem .
Argumenta movet *Gilles* fortissima , quoruna
 Robore pistores ad sua vota trahat .
Addit & ipse minas , nisi plena potentia detur
Gulichio , cupiat qui dare , rarus adeſt .
Quæritur egressus , sed sedibus ostia *Gilles*
 Obſtruit & nullum prorsus abire ſinit
 Non fuit hunc *Petri* rabies ſatiata per actum ,
 Signa viri nequam deteriora dedit .
Cæſar Agrippinam mittens mandata jubebat ,
 Collectis pariter civibus illa legi .

Nec

Nec mora : mox plebis res est commissa tribunis,
 Ceu jussi fuerant civibus illa legunt.
Quid Petrus hic egit ? furiis corruptus utrumque
 Lectorem prendit gutture , vimque facit ,
 Involut in pectus , convitia congregat , iras
 Colligit , intentat verbera , sede fugat ,
 Quin quoque fracturam collique pedumque minatur
 Deque tribunitia pellit utrumque domo
 Quæ nox præterit , quâ non *Petrus* ille per urbem
 Discurrat , variis sollicitando lares ?
Gulichium quories est accessisse notatus
 Ad succendendas in nova busta faces .
 A votis quories visus repulisse tribunos ?
 Pestis tranquilli seditionis status
 Publica sub pœna banni mandata verabant
Gulichii partes consiliumque peti ,
 Risit ad hæc pistor , surgit noctuque pererrat
 Delegatorum circumendo domum .
 Vivat ! io vivat ! vivat per saecula *Gulich*
 Perfida vox *Gilles* vociferantis erat .
 Cætera quid narror ? sua sat perjuria nunquam
 Deflevisse *Petrus* nec doluisse potest .
 Vulnera si tergo licet centena dedisset ,
 Pœna tamen culpæ non foret æqua suæ ,
 Mille merebaris *Gilles* nequissime virgas
 Facta est criminibus gratia summa tuis .
 Æternum remanes Ubia proscriptus ab urbe ,
 Cœlesti ne sis exul ab urbe , cave .
 Detestare tuæ manifesta piacula vitæ ,
 Ne bis evadas post tua fata miser .
 Humanum est errare , pius resipiscere quisquis .
 Se peccasse dolet signa salutis habet .

E L E G E I A XXIX.

bIs bInI rebeLLes Vno DeMpto per annos qVI-
nos eXVLare IVssI.

Hubetus Schurman faber der Thumfchmidt.

Servatius Königsfeld faber clavorum.

Bernardus Königsfeld faber clavorum.

*Jean Bieren Caupo auff der Bach ad annos vitæ pro-
scriptus.*

Tandem depositis mansuetior ambulo virgis,
Lictor abi, nullus jam feriendus adest.

Non nego quid gravius Schurmannica facta mereri,
Non nego tres dignos morte fuisse fabros.

Sed neque pars cælos inter postrema rebelles
Bieren erat vafri cordis & oris homo.

Omnes justitiae poterant timuisse rigorem
Et pœniam sociis jure dedisse parem.

Quid non est *Schurman* vir hic infrænabilis ausus?
Hic Legatorum quartus in urbe cyclops?

Königsfeldenses hoc par ignobile frattum,
Quot se sunt ausi commaculare probris?

Quis probus has scelerum poterat vitare charybdes?
Quæ pax? quæ poterat perpetuare quies?

Omnia prostratis ibant evertere rebus,
Et male concordes dissociare tribus.

Ad mala progenitos cudenda fuſſe putares,
Omnia consiliis prostitueret suis.

Ad mortem plures rapti vel fune vel ense,
Quorum culpa minor quam tua *Schurman* erat.

Justitiae poteras gladio *Leopolde* ferire.

Copia quos scelerum tam numerosa gravat,
Gratia prævenit, minuit clementia pœnam

Magni te semen Cæsaris esse doces.

Mite

Mite fuit exilium , quinosque jubentur ad annos
 Cedere de patriis , ad peregrina focis .
 Post quod transactum tempus rediisse licebit
 Fas tamen ad solitam non erit ire tribum .
 Poena levis , mitisque trium fuit illa fabrorum ,
 Urbem qui tantis implicuere malis
 Pro libitu rigidum poteras inflectere ferrum
 Nunc Schurmanne tuum flectere disce caput .
 Et vos seducti mala per confortia fratres ,
 A spoliis puras ne temerate manus ,
 Ingens quæ vestris est gratia facta rapinis ,
 Ad vitæ retrahant vos melioris iter .
 Et tu quem propriæ damna confessio lingua
 Bieren , raptarum fautor iniquus opum .
 Virga Magistratus , nullo non criminè tintitus
 Impietas famulum quem sibi sola teneret
 Cujus in ore lupus , leo cùi sub corde moratur ,
 Cujus ad hospitium crimina cuncta volant .
 Quod tibi vel gladius , vel debita furca pepercit ,
 Est ea Cæsarei gratia sola throni .
 Corvorum modo præda fores sors digna piacis
 (Pessimæ queis nosti te meruisse) tuis .
 Pervigil assiduis turbatas moribus urbem ,
 Urbs tibi perpetuum jam quoque clausa maneret
 Delegatorum blandis des oscula dextris
 Et meritum exilis fer patienter onus .
 Et qua contigerit posthac te sede morari ,
 Noli consiliis te sociare malis .
 Quem tibi præposuit Deus , hunc venerare Senatum
 Sic & in exilii forte beatus eris .

E L E G E I A XXX.

Viginti DVorVM soLennis atqVe, perpetVa ab
Vrbe proscripti Io.

Sexta dies sexti currebat mensis, amico
Sacra Jovi, sed non omnibus æqua dies.
Hac duo viginti profugi rediisse jubentur,
Pro reditu certum tempus & hora datur.
Per tres exspectat Subdelegatio menses,
Sed qui le cupiat sistere nemo venit.
Octobris decima tandem decernitur, omnes
Dignos in quorum tergore lictor aret,
Publica vulgantur mandata, palamque leguntur.
Cuncta recensentur nomina, nullus adest,
Mox velut indigni civis qui jure fruantur,
Proscripti æternos sunt remanentque dies.
Nec modo quod dixi tantum interdicitur urbi
Cuilibet urbs horis est fugienda decem
Hoc inter spatiū quisquis deprenditur, actum
De sede vitæ certius esse sciat.
Quodque facultatum superesse notabitur, illud
In fitci patulas incidet omne manus.
Exilio quasnam Subdelegatio causas
Afferat, hæc Ulbo sunt patefacta typo.
Dicere si paucis volo multa ? fuere rebelles
Sub quorum ductu civis ad arma ruit.
Mandarunt spoliare domos, redire ministros
Cæfaris, in quemvis, quæ placuere, loqui.
Occubuit Schleumer, domus est direpta, quis unquam
Authorem tantæ jussit adesse necis ?
Noverunt civicidam quæ pœna secura est,
Viderunt oculo dissimulante scelus.

Cal-

Calcarunt leges & privilegia, mulctas
 Exegere, mali causa quis ero fuit.
 Causa fuit maledicta cohors, quae conscientia culpa
 Permansisse suæ non fuit ausa domi.
 Hæc quinquennales damnata caterva tumultus.
 Fovit, & hoc tragicum lusit in urbe drama,
 Effera massagetum loboles germenque laini
 Quo fugis? in furcam (namque mereris) abi.
 Non poterit justæ fuga vestra resistere morti,
 Invenient turpeim sat cito fata fugam,
 O! utinam vestris liceat maledicere gestis,
 Atque in vos dentes exacuisse meos,
 Ite, vagum profugi nebulones ite per orbem,
 Sint sine pane manus, sint sine pace pedes,
 Vxores fiant steriles aut prolibus orbæ
 Nulla illis pateat, nec sit amica dominus.
 Ite probrum mundi, tortores ite proborum,
 Ite, sed in meritam protinus ite crucem.
 Ite, rebellantes, scelerum mentura repleta est,
 Ite Novercantis quo trahit ira Deæ.
 Quam pervertistis nunquam redeatis in urbem
 Gaudia sint vobis nulla, nec ulla quies.
 Vosego communis detestor amore salutis
 Intereat, per quos pax adamata perit.
 Intereat, vestro quoiquot de sanguine vitam,
 (Sive sit is juvenis sive puella) trahunt.
 Nulla extirpati sit nominis umbra superstes,
 Vobiscum, qui vos protegit, ille cadat.
 Omnis sit vobis inimica sit arida tellus.
 Obvia vos mergant flumina flamma vorer,
 In vestram se conglomerent elementa ruinam,
 Ultio præpropero vos pede justa premat.

Hæc profugi vobis, hæc cuncta rebellibus opto.

Quos in præpositos non puder ire suos.

Claudo metrum, satis est de seditionibus actum,

Post hac pax ubios incolat una lares.

Gulichii ex bavara spectans caput omnia turri

Destruxeratque loco fixa columna domus.

Sint speculum, quod contineat reprimatque rebelles

Ne satagant Dominis bella ciere suis.

¶ Is Cite paCifICI si Ne tVrbIne VI Vere CIVes

seDIllo poenâ nVLLâ Catere soLet.

ELEGIA XXXI.

In felix IV Den DVnCK in fine & Ipse Vibœ
egre Dlt Vr

Indendunce meis scio te maledicere metris,

Causa quod id facias, me genuina latet.

Sæpius es questus, tibi quod male nostra faveret

Musa, quod & variis te retulisse patet.

Hos inter quidam notus tibi noster amicus

Mansuetu petiit me magis ire stylo

Hic tibi (præsentem cum te verona videret)

Adfuit in versus cum loquere meos.

A te digressus retulit mihi cuncta, loquentem

Audivi placida mente, manumque dedi.

Et pariter summas grates, ut oportuit, egi,

Pandisset cordis quod mihi sensa fui.

Hæc tamen ut vellet tibi respondere rogavi,

In votis mihi quod sit tibi posse loqui.

Ut digna reris verbo mihi dicere, quidnam

Exoptes? nostra minum petuisse domum?

An poticore velis ad te me jure venire!

Me facilem & promptum mox ad utrumque fore.

Sig.

Significata tibi scio nostra petita, quid actum?
 Lusisti nostræ syudice vota spei.
 Ut minimum verbo mihi respondere decebat,
 Alloquium nolles si tolerare meum.
 Promptus eram nostros tecum conferre labores,
 Et de suspectis d: sleruisse metris.
 Quæ tollenda forent, expungere cuncta paratus
 Queis tuus offendit fors potu: sset honos.
 Nullius mens nostra fuit convellere famam,
 Quæ cano, quæ cecini, dente carere volo,
 Hinc decies, tricies repeteo si forte momordi,
 Si læsi, mea non sed tua culpa fuit,
 Erratis poteras mi *Indendunce* mederi
 Stabat in arbitrio nam mea musa tuo.
 Sed neque me viso, multominus ante vocato
 Es primum plenus bile remensus iter.
 Ergo quid adversus nostrum convitia carmen
 Evomisi? aut læsum te quid amice gemisi?
 Si læsi doceas, & per contraria monstres
 Argumenta, mei falsa, relata metri.
 Non satis absentes arrodere, syndice præsens
 Præsentि referas, quæ referenda putas,
 Turbarum magnam tribuo tibi syndice causam
 Per te principium nonne tumultus habet?
 Quis prudens contradicet? res notior urbi est
 Quam deceat nostris id stabilire probis
 Tu *Cronenbergi* juratus consulis hostis,
 Quod semper fueris, qua ratione negas?
 Quod tibi prælatus sit *Krepfus* ansa querelæ
 Magna fuit, cholera pars quoque magna tuæ.
 Quanta fuit passus per te *Wolffskelinus*? actus
 Quæ satis apta tuos scribere penna potest.

Urbica

Urbica sub eius stetit inquisitio ductu,
 Quis directoris nomine fuit opus?
 Inter collegas quantumvis junior essem,
 Tu collegarum nonne supremus eras,
 Tanta erat ambitio tua *Iudicium* priorem
 Non pateris, solus præminuisse cupis.
 Cum subitis premeret quateretque tumultibus urbem
Gulichius tibi res hæc rata nonne fuit?
 Invidia turpi quisnam correptus ab æstro
 Adjunctum officii noluit esse suo.
 Quando Magistratus cathedralas mandata per omnes
 Misit, is authorem quis preor actus habet.
 Conceptum quis formavit? quis iussa senatus
 Excessit? facto multa colore tegis.
 Excusas vanis turpes rationibus actus
 Atque Magistratus iussa fuisse doces.
 Quod non impositum fuerit nihil egimus, inquis
 In me nil causæ culpa nec error habet.
 Ecce registratura mei quam plurima facti
 Ex me nil feci, iussio semper erat.
 Mi bone vir, calva est hæc excusatio, nunquam
 Crede mihi, maculas eluet illa tuas.
 Hæc qui mandavit quisnam fuit ille senatus?
 An veter? an scissa factus ab urbe novus?
 Si novus? hic quidnam poterat prætendere juris?
 Quem nosti nullo jure fulisse togam.
 Si veter ille fuit? Cujus decreta secutum
 Te dicas? nondum definitis esse reus.
 Hunc quæcumque dedit mandata dedisse coactum
 Constat, in assiduo nam stetit ille metu.
 Prædominabatur *Gulich*, plebs mota fremebat,
 Intentabantur verbera, vincla, neces

Curia

Curia si nollet, quæ Galichiana volebat
 Factio quis populi fervor & ardor erat?
 Quid contul Beyvvegh: quid Wischius ambo regentes
 Quid vel sunt auti vel potuere loqui?
 Motus erat totus cum consule utroque senatus
 Non miror, justus clauserat ora timor.
 Eliciebantur, vel mulctabantur, in unum
 Qui detrectabant vota referre virum.
 Quid dñi consentes facerent? ubi tola regebat
 Passio? & excusili turba proterva jugi?
 Nil poterat consul, nisi quod præcriberet unus.
 Consul duntaxat nomine consul erat.
Iudendunc vides, quod inexcusabilis orbi
 Quam commissisti sit tua culpa, cave.
 Natura ingenito nimium correptus ab æstu
 In vetitum raperis syndice amice nefas.
 Esto tui fuerit laudanda intentio cæpti.
 Scis tamen exosum displicuisse modum.
 Omne quod est nimium vitium est, mediocria durant.
 Prudentem poscunt vulnera magna manum.
 Capturus volucres fustem non injicit aviceps,
 Lene subinde bonam vim medicamen haber.
 Correcturus eras longinqui temporis usum
 Nec male, fors usus magnus, abusus erat.
 Hoc erat artis opus, morbo poterasque mederi
 Effectum pestes impediere duæ.
 Prima fuit vehemens odium, quo fervidus iræ
 Non poteras flammarum dissimulare tuæ.
 Hinc quod curari poterat sine vulnere, nascens
 Auxit non minuit bilis amara malum.
 Non valet esse salus, odii ubi cuncta reguntur,
 Publica res odii extimulata perit,

Am-

Ambitio pestis fuit altera, cæcus honorum

Te, quidcunque neges, infatuavit amor.

Consule (quem nunquam poteras perferre) remoto

Te fore sperabas plebis in urbe caput.

Et certo factus (res est mihi nota) fuisses,

Tu tibi mansisti solus & unus obex.

Cum poteras, tunc nolebas, sed quando volebas

Non poteras, vigilem tempus & hora petunt.

Jam quam cœpisti stolido molimine scenam,

Vertitur in proprium scena peracta probrum

Cujus prensabas regimen, male deseris urbem

Exiliumque tibi Syndice sponte paras.

Per varias raperis, terras peregreque vagaris

Nunc hoc, nunc alio cernetis esse loco.

Non modicas consumis opes, augesque dolorem

Conjugis, & vires atteris ipse tuas.

Quis tibi condoleat vix est de millibus unus

Quæ quoque te lactat spes ea vana manet.

In tua quidquid agas non flectes vota viennam

Decisa retinens quæ solet esse rei.

Suadeo si bene vis tibi *Judendunc* quieti

Te tradas, nulla est absque quiete salus.

Magnus es ingenio, quod si mansuetior esses,

Quantus apud summos, quantus ubique fores?

Quilibet aula suum te vellat habere ministrum,

Tanti est affectus scire domare suos.

Quos tibi n̄ subigas, nisi cum ratione gubernes.

Nullus eris, miseri tristis imago viri.

Hæc tibi, ne dubites, sincerus suadet amicus,

Qui tibi grata vovet, fausta que cuncta favet.

De reliquo compone tuam mi Syndice mentem.

Cordeque fatorum fer paciente vices.

Non

Non bene succēses homini , cuius frendet olympus
 Absque sua faciat nil ratione poli.
 Menturam qua mensus eras , tibi reddit eandem
 Cui manifesta manent cuncta patrata , Deus
 Post hac occlusas retine popularibus aures
 Motibus , à populo provenit omne malum.
 Non indigneris , diras non evome , linguam
 Comprime , plus nimium lingua soluta nocet.
 Contra torrentem quid niteris ? irrita cœlum
 Tela petunt , gravis est nolle dolere , dolor
 Quæ justè pateris , cur non patiare libenter ?
 Dedeceus est poenæ succubuisse suæ.
 Quod vulnus lethale putas , est vulnus inunctum
 Vulnus id est animæ certa medela tuæ.
 Doctrina ruminidus , successibus ebrius , hosti
 Te fore sperabas unicuique parem.
 Inverrit fortuna rotam , spe decidis , urbem
 Linquis , & exilii tristia fata subis
 Quem cælo insertum cupiunt post funera divi
 Hûic vivo ærumnas mille , crucisque parant.

E L E G E I A XXXII.

gratiarVM aCtio pro faVsta eXpeDItione Libe-
 ratæ Vbi's Vblæ.

Tandem suppressis rediit pax aurea bellis ,
 Arma jacent , populi detumuitque furor.
Gulichius , Sax. Mesthorius trias impia , factis
 Præmia iam dudum digna tulere suis.
 Confortes reliqui procul hinc & ab urbe remoti
 Defendæ vitam conditionis agunt.
 Insanire tribus desistunt , scura subactus
 Exiit , effrenis continet ora faber.

Jura

Iura vigent, rediere boni, periire rebelles,
 Urbs expurgata fæce quieta sedet.
 Curia ab intruso post hac secura senatu,
 Gaudet honoratos rursus adesse patres.
 Sol ubiis ridet, zephyri flent, definit imber
 Urbs videt in nubes ire, redire dies.
 Gratia sit superis, qui quinquennalibus urbem
 Turpiter eversam surripuere malis.
 Vosque per illustres Domini, duo magna paternæ
 Fulcra domus, ubii civis & urbis amor.
 Breidbach de Saffig, Hugenpott ambo barones
 Hic Neoburgiacæ partis, at ille trevir.
 Subdelegati quos scissa colonia semper.
 Vedit in officio pervigilasse suo.
 Vos quoque Doctores legum, jurisque periti
 Quos inter primo stas *Anathane* loco.
 Esch, Hettermannus celeberrima nomina quorum
 Pleraque consiliis Dux Neoburgus agit.
 Per vos seditio fatali corruit iætu,
 Per vos *Gulichii* sperma rebelle jacet.
 Per vos compositis tranquilla Colonia rixis
 Se videt in primo quo stetit ante gradu.
 Ad mentem redire tribus, sua furtæ rapaces
 Restituent, aut jam restituerè manus.
 Sanguineum cessat *Sax* concendisse tribunal
 Nulla Magistratum bella, nec arma premunt.
 Ad sua *Kreps* rediit falsoque arcainque recepit,
 Libertas viduæ non revocanda datur.
 Libera bis tenos remanet cum prole per annos
 Nec pendet (civem quod decet) urbis onus.
 Sunt tria plaustra meri per dictum libera tempus,
 Quod viduâ, hæredi jus moriente manet,

Wolffs.

Wolffskelias eadem respexit gratia proles,
 Nec male, vir bonus hic, qualia quanta tulit?
 Egerunt delegati quod oportuit, ullus
 Ne posset mitiama cum ratione queri.
 Omnibus est plene factum satis, omnibus æquum,
 Judicium latum, cœu meruere, fuit.
 Exul ab exilio patriam revocatur ad urbem
 Tutus in optato pacis honore sedens.
 Äternam meruit subdelegatio latidem,
 Cuius Agrippinæ vitæ revixit ope.
 Conservatores patriæ vos quinque fuitis,
 Hydra triceps vestro cœfa labore ruit.
 Sublatæ lites, suppressaque jurgia, vestræ
 Sunt id nemo negat dexteritatis opus.
 Rhenus Agrippinæ dum concava littora lambet,
 Vester apud Civés perpetuabit honos.
 Vivatio! Breidbach trevirensis gloria terræ
 Hugenpotte bonos tu quoque vive dies!
 Vivatio! longos Anethan fer vandus in annos
 Esch cineres videant postera sæcla titos.
 Hettermanne novi german prænobile floris,
 Fama tui crescat nominis atque decus.
 Vivite felices, summi comitentur honores,
 Nulla lues vestrium tangat amara caput.
 Vivite fæcundas, & in horrea condite messes,
 Accumulet botros vineâ, plutus opes.
 Cœlica proprios vobis dent sydera soles,
 Sint sine nube dies, sit sine lite quies.
 Urbi qui motæ pacem peperistis, eâdem
 Vobis Dii faciant tempus in omne frui
 Plura quid adjicio? gratante Colonia lingua
 Vos salvatores clamat amatque suos.

Q

V

Vestra que ne pereant inscribent nomina fastis
 In sculpi cedrinæ nomina digna trabi.
 Sufficit id vestræ tribui super omnia laudi
 Quod per vos urbi sit stabilita salus
 Pacificatores igitur vos quinque valete
 Omnis & ex voto vita superstes eat.

paClfICatoribUs qUInqUe

• CæLI assIstant atqVe Coronent hIC gratIA
 post ViTaM gLoriA & LatItIA æterna.

DoMINI abLegatI
 ViVant In paCe & aUgeantUr opibUs & ho-
 noribUs.

epIlogUs aUthorIs breVIsqUe aDMonitIO
 UrbI Ubiæ ab Ipso faCta.

Quod varias inter curas operaſque paravi
 Ecce tripartito carmine finit opus.

Si quenquam laſi, doleo, mealædere nullum
 Mens fuit, inſector crima, nota cano.

Quæ de MArkeniis spoliatis ædibus olim
 Carmiñis in prima parte legenda dedi.

Quod tempeſtatis venturæ prouidus augur
 Extulerit Gazas ad loca tuta suas.

Hinç vix momenti quidquam pretiique relictum
 Furtivas posset quod recreare manus.

Id mihi qui retulit vir honestus in urbe senator.
 (Credere cui poteram quod retulisset) erat.

Post tamen edocuit me certa scientia, dicti
 Quæ mihi narravit falsa fuisse, viri.

Si de vicino loquitur figmenta senator
 Cui poterit vates ullus habere fidem?

Und#

Unde quod in nostro velut ipse legendo notabis
 Sæpius inspersi præmoniuque metro.
 Historica me cuncta fide narrare, nec ulla
 Deceptum falso suspicione trahi.
 Carniua clausurus, repeto, protestor, & ipsum
 Testor, qui novit cuncta videtque Deum.
 Protestor nullis odiis nec amoribus actum
 Quæ sum vera ratus me voluisse loqui.
 Publica vulgavi quæ decantata per urbem
 Quæque per ubiacas sunt agitata tribus.
 In solos acuisse stylum mens nostra rebelles
 Una fuit, sceleri parcerè crimen erat.
 Sæpe fuit varios experta Colonia motus
 Non tamen ad multos seditiosa dies.
 Ast hæ, quas *Gulich*, quas *Gulichiana* favillas
 Factio per cunctas sparsit ubique domos.
 Quantos quo loco rogos, incendia quanta dederunt?
 Hæc fera quam longo tempore flamma stetit?
 Jam lustro major binæ trieteridis annum
 Cæperat extremum spes erat aucta nimis
 Cuncta timebantur flammis donanda, sopivit
 Flammam, dispersit sperma rebelle, polus.
 Hic furor, hæc ubiæ funesta tragœdia plebis,
 Nonne merebantur digna flagella metri?
 Miratus persæpe fui quod in omnibus unus
 Non foret, in pulchrum qui raperetur opus.
Gulichii fortasse metu, qui cuncta regebat
 Ore, manuque ferox, abstinuere manus.
 Tandem cum nullum luci prodire viderem,
 Quem seræ traheret posteritatis amor.
 Decrevi veteres revocare in crimina musas,
 Atque rebellantis scribere gesta gregis.

Bis calamum arripui, bis plenus bile retraxi,
 Quod vellet cœptis nemo favere meis.
 Qui rerum gnari, nos informare volebant,
 Non aderant, ausus scribere nullus erat.
 Sic mihi luctandum multis fuit, ante rebellis,
 Quam posset series vera venire status.
 Offendi multos hoc carmine posse sciebam,
 Qui nollent famæ vulnus adesse suæ.
 Sed neque me latuit veterem peccasse Seriatum,
 Cujus fœmineus constat in urbe timor.
 Seu tros seu rutilus, seu primus & ultimus esset
 Forfice tendendos novimus esse pari.
 Attamen his spretis calamum carmenque resumpsi,
 Historici veram certus inire viam.
 Per binos prælens spectator in omnibus annos
 Quæ bona conspexi, vel malefacta cano.
 Urbe sed à patria postquam ad vicina recessi
 Digna fide doctus per documenta fui.
 Ex vario populi scivi rumore quod ortum
 Ceu fictum volui prætereundo tegi.
 Aut si narravi dubiis an fractibus usus
 Adjeci occultum posse subesse dolum.
 Quæ de tradendis sparsit plebs credula templis,
 Enumerata meis sunt ea tempora metris.
 Author quis fuerit, non dispiuto, sufficit, omnes,
 Quod tam grande negent dissimilarentque scelus.
 Nec mihi persuasi reperiri posse rebellem,
 Qui tantâ vellet se maculare lue.
 Sed quia communis totam compleverat urbem
 Fama, meis visum est inservisse metris.
 De reliquo quotquot novi mansisse rebelles,
 Insequor his moveo bella, necenque paro.

Hoc

Hoc monstrum, turpisque lues, hæc urbica pestis
 Materies misæ, meta scopusque fuit.
 Feci quod potui, factisque rebellibus instans
 Officio functum mereor esse meo.
 Si quidam nostros carpant spernantque labores
 Quid volo? quæ cunctis misa placere potest?
 Postera conatus laudabunt saecula nostra,
 Quando legent ubii ferrea fata status.
 Euge tuo discas sapuisse Colonia damno,
 Disce ture post hac invigilasse rei.
 In primis semper tollenda rebellio cunis,
 Quæ succrexit, opem pestis adulta negat.
 Hæc quinquennalis, quales dedit hydra dolores!
 Si potes, enumeres, vulnera, damna, dolos!
 His timor angor? opum quæ deficiens? planctus
 Exilium? mulæ? furtæ? flagella? fugæ?
 Hæc sunt insurgens populus quæ sercula præbet,
